



1140

One of the earliest works containing coloured anatomical prints.

"In Peter Tarin's Adversaria anatomica, Paris, 1750, there are colored copper-plates by a certain Robert, a pupil of Le Blon, who printed by means of two colors, red and black, using only two plates". (Choulant).

The plates illustrate the anatomy of the brain. *Books with coloured plates of this time are great rarities.* — *One of the uncoloured plates (plate 11) missing.* Otherwise fine copy.

ADVERSARIA

ANATOMICA.

ADVERSARIA ANATOMICA,

De omnibus Corporis humani partium, tum descriptionibus, cum picturis,

ADVERSARIA ANATOMICA PRIMA,

De omnibus cerebri, nervorum & organorum functionibus animalibus inservientium, descriptionibus & iconismis.

Autore PETRO TARIN, Medico.

. . . si tibi vera videtur,
Dede manus: aut si falsa est, accingere contra. LUCRET.



PARISIIS,
Ex Typis JOANNIS FRANCISCI MOREAU patris, viâ vulgò *Galande*, sub signo Velleris aurei.

M. DCC. L.



P R O Œ M I U M.

IAtricæ arti facem præferre, soliùs fere Anatomiæ est. Id, qui nihil assumunt quod phænomenis comprobatum non fuerit, facile concedent.

Quæcumque etenim sit causa primaria motus animalium, anatome præmonstrante certum est, causam illam effectus vitæ, sanitatis & morbi, cum datis instrumentis producere; instrumenta esse effectibus producendis in ratione data; vires esse potentiis movendis proportionatas; canales esse in fluidorum movendorum ratione.

Ast cum natura in partibus sensibilioribus, ut in corde, arteriis, venis, &c., omnia mechanico modo disposuerit; notumque sit aliunde, illam nihil tentare sine ratione sufficienti; simplicissimo semper modo agere; entia sine necessitate non multiplicare; minimam actionis quantitatem possibilem impendere; instrumentis simplicioribus, variisque effectibus producendis aptioribus uti; certum numerum, situm, certam magnitudinem, figuram, &c., servare in illorum dispositione: illa ergo instrumenta in ultimis animalium partibus mechanico modo conformasse, concludendum est.

A subtiliori autem hujus mechanices evolutione, à structura partium rite perpensa, vitæ, sanitatis & morbi signa rectius percipi posse, facile intelligent, qui illa signa à quarumcunque partium functionibus unice patefieri, secum animo cogitabunt.

Vanam idcirco in organismi animalis legibus evolvendis insumunt operam, qui absque intimioris animalium fabricæ scrupulosa indagatione, hasce detegere contendunt.

Mirum idcirco non videbitur, quod tam inepta de usu partium garriverit antiquitas, quippe quod ipsam structura partium latuerit.

Nonne & ipsa miraretur, quod lento ita passu recentiores progressi fuerint; quod quandoque tam absurde ratiocinentur; ex quo, qui hanc ipsis structurarum spartam ornare aggressi sunt, sagacissimus MALPIGHI, laboriosissimus RUYSCH, subtilissimus LEEWENHOEK, vias aperuere?

A multiplici fonte illa malorum origo.

Alii etenim, ingeniosi aliunde, qui de usu partium pronuntiare suum esse, minime vero fastidiosis disquisitionibus anatomicis operam navare, sedato nimis animo confidentes, aut structurâ neglecta, aut à structura singulari ad structuram generaliorem citò nimis progredientes, varias commentati sunt nugas.

Alii otiosi, structuras partium sibi potius ad mentem finxere quam indagaverunt.

Alii audaces, invita veluti natura & minerva, invitis omnibus, inaudita proferre, mira in ignarum vulgus spargere, naturam figmentis deformare, turpiter ausi sunt.

Moras autem præterea facere, in œconomia animali evolvenda, inhabiles videntur structuræ partium scrutatores. Illorum equidem plerique, scientiis œconomiæ animali elucidandæ immuniti; indeque ut meri artifices, ne dicam laniones, habendi; ipsi sibi imprimis fidentes, digitorum industria tantummodo freti, & naturam in se ipsam rimari gloriantes, frustra fibras quasdam, fili Ariadnæi instar, prosequuntur, & plicas, vascula, membranulas absque initio & fine detegunt; ii semper, in partium veluti mole & figurâ conquiescunt.

Fortean, inquient, quod requisitis notionibus præditi, plerumque ex aliqua menti præconcepta idea partes rimando, hasce suæ potius menti conforment, quam genuinam illarum structuram detegant.

Nos utrinque difficultatibus premi non refragabimur. Experientia attamen constat, quod Malpighianis oculis plus quam millenis prosectoribus debeamus.

Quorsum autem ista inventa & invenienda, proclamabunt, qui se potius naturæ magistros quam ministros reputant? Quid bene utilis in iatricen redundavit, ex quo moderni innumeras suis disquisitionibus anatomicis chartas imbuerunt? Quid certius, inquient, de secretionibus scimus, ex quo MALPIGHI, RUYSCH, & alii, glandularum intimiora penetralia aggressi sunt? Quid de motu musculorum, ex quo LEEWENHOEK, MUYS, suis musculos rimati sunt microscopiis? Quid de sensuum emporio, ex quo WILLIS, VIEUSSENS, RIDLEY, cerebri anfractus lustravêre? Quid de

auditu, ex quo Schelamer, Duverney, Valsava, Cassebohm, *auris labyrinthum adiere? &c.*

Quam jam tritum sit & vanum hujus modi ratiocinium, pluribus nunc possemus confirmare. Sed interdum notasse sufficiat, aliud esse usus partium dignoscere, aliud in causas ipsarum motuum primarias inquirere. Licet etenim effectus peculiaris explicatio, à causis primariis unde erui potest, quarumque nulla datur ratio, pendeat; nonne obscuro per obscurum respondemus, cum illius effectus rationem per illas causas exibemus? Sic dum quæritur de causa primaria respirationis, secretionum, nutritionis, motus cordis, musculorum, &c.; cum effectus illi à causa motrice & servatrice animalium, quæ apud diversos autores sub nomine, aut archæi, *aut* animæ, *aut* stimuli, *&c., venit, pendeant; hujusque causæ nulla possit dari physica ratio, cum eadem sit ac causa omnia movens & conservans; manifesto patet, quod horum effectuum ratio à nullo alio subjecto fluere potest, cum ad omnia pertineat. Dum è contra de instrumentorum hisce functionibus perficiendis inservientium usu quæritur; perspicuum est, quod quæstionis solutio eo facilior sit, quo notior est instrumentorum structura.*

Fatendum equidem, quod usque quo apprime partium quarumcunque structuram teneamus, vix ullius functio rite intelligi poterit: omnes equidem partes ita sunt concatenatæ, mutuumque ita inter se habent commercium, ut vel minima ignota, notioris sibi aliquam relationem ducentis functionem obscuret.

His igitur pensitatis, non inopportunum fore duximus, fontes adire; varias artis anatomicæ partes peragrare; diversas, autorum qui ipsius limites removerunt, partium tum descriptiones tum delineationes, quantum fieri poterit, in unum colligere; eas ad naturam inter se comparare; judicium nostrum interponere; aliqua, si possumus, addere; omnia denique, veritatis tantum studiosi, fidelissime proponere; nos, si moneamur deficientia, illa emendaturos, addituros, ablaturos, profitentes.

Vani & inutiles quibusdam videri poterunt labores nostri: qui vero nos res adhuc à nemine traditas exibere; de verbo ad verbum, quo magis in genuinis suis fontibus eluscescant, exibita tradere, perpendent; hi, haud proculdubio, nostros sunt probaturi conatus.

Ut imperfectum apud quosdam haberi poterit opus nostrum; sed ea hominum sors est, ut nihil ex iis perfecti emanet. Dum cæteris in eodem genere perfectius sit, satisfactum erit proposito. Plus in illo opere suscipiendo humanitatis utilitati, quam vanis inde lauris colligendis consuluimus. Facient deinde alii meliora.

Laudandi conatus omnium qui rempublicam anatomicam suis ditavere scriptis, quippe qui, aut artis limites removere, aut ipsius limina illustrare, patefacere, agressi sunt.

Quod tamen omnium autorum, de singulis quibusque partibus descriptiones non admiserimus, non nobis vitio vertendum, cum omnibus artis metas extendere, non datum fuerit.

Mille volumina & plus de anatomicis conscripta, suscepti nostri difficultatem potius evincunt, quam arguunt immensitatem. Ex his enim omnibus, vix centum ex quibus aliquid novi singulæ parti accesserit, historiæ anatomes litterariæ periti numerarent. Idcirco illa in angustum admodum spatium redigi, in eo coarctari, compingi posse, quis non percipit, si ex densa illa anatomicorum sylva, utilia ab inutilibus segregando, observata à garrulitatibus distinguendo, phisiologica ab anatomicis separando, sua cuique tribuendo, partium evolutioni tantum propria colligantur.

Præter quam quod omnia, quantum fieri poterit, de singularum partium structura, usque nunc, sive descriptionibus, sive iconismis nota prostabunt; etiam apparebit, quomodo mens humana paulatim ad grandia surgat; gradatim & obliquè, naturæ penetralia subeat; quomodo natura mentis humanæ conatus effugiens, in angustum redacta huic illudens, sese ultro patefacere, potiusquam mentis nostræ laboribus cedere, videatur; quomodo quisque supra majorum suorum, operibus ipsorum suffultus, titulos scandens, pro majori minorive quo donatur ingenii vi & acie, rectius & longius in naturæ viis deambulet, metas appositas transcendat & removeat.

Quem vero ordinem in illo opere perficiendo sequemur, difficillimum esset assignare.

De cerebro *v.g. acturi, scimus, quod ossium illud ambientium historiam præmittere, satius fuisset; dein historiam duræ matris reponere; 3°. de cerebri & cerebelli exterioribus agere; 4°. corpus callosum, medullam oblongatam, spinamque medullarem, tractare; 5°. cavitatibus tum cerebri*

cum cerebelli consulere ; 6°. piam matrem amplexari ; 7°. vasa sanguinea substantiam cerebri, cerebelli, medullæ oblongatæ, medullæ spinalis, & nervorum ab istis partibus exeuntium, rimari ; 8°. modum quo nervi deambulant & desinunt in partes, considerare ; 9°. tandem earum partium administrationem anatomicam subnectere.

Norunt autem in arte periti, quasdam præparationes anatomicas quandoque & fortuito bene cedere, quasdam anatomistæ votis minus bene respondere.

Partium earum idcirco, quas paratas habebimus, varias de illis autorum, tum icones, tum descriptiones trademus. Inde, si evenerit ut felicius cesserint præparationes alicujus visceris abdominis, licet incœpta sit capitis organorum historia, illa tamen visceris abdominis subsequetur, & sic de cæteris. Dum modo enim illo laborioso operi perficiendo sufficiamus, satisfactum erit proposito ; facillimumque deinde erit, singulas quasque historias ordinare.

Singulorum autem viscerum, aut alicujus ipsius partis historia, tribus sectionibus constabit.

Sect. I. Genuinam visceris descriptionem proponet.

Sect. II. Variorum autorum de illo viscere iconum relationem tractabit.

Sect. III. Varias visceris descriptiones perpendet.



HISTORIA

CAVITATUM

CEREBRI ET CEREBELLI.

QUAM ardua difficilisque sit cavitatum tum cerebri cum cerebelli descriptio, ex variis Autorum descriptionibus manifestò patebit. Cum enim earum cavitatum amplitudo diversa sit; aliundeque, aliæ partes quibus relationem ducunt, minus dimmensione constantes sint; inde fit ut nec earum amplitudo absoluta, nec relativè determinata, vix assignari possit. Assertum confirmant variæ capitum figuræ: quot enim capita, tot adesse varias ipsorum, quoad situm, figuram, magnitudinem, &c., cavitates, jure ac merito asseverare possumus.

Fronti reipsa apertæ, convexum magis, magisque erectum correspondet corpus callosum; fronte verò depressa deprimitur corpus illud; &c.. at corpus callosum parietem ventriculorum superiorum cerebri efficere ex *Figura* 1ª. Tab. 1ª. & 2ª., 1ª. & 2ª. Tab. 3ª., patet. Data ergo corporis callosi positione, partim datur prædictarum cavitatum situs. Illa autem positio ex corporis callosi historia petenda est. Pavimentum verò inferius illarum cavitatum diversimodè figuratur. Quæ in ipsis occurrunt eminentiæ, diversas, in variis subjectis, suscipiunt formas; inde pavimenti illius formæ inconstantia. Sed hæc monuisse sufficiat, ut pateat quàm absurdum sit absolutas alicujus partis dimmensiones assignare.

Sect. I.

De genuinâ cavitatum cerebri & cerebelli descriptione.

FAcilioris autem descriptionis causa cavitatum cerebri & cerebelli, hasce cavitates in figuris consideremus. a

a TABULÆ PRIMÆ

EXPLICATIO.

Figura I.

E*Xibet caput, duabus sectionibus, una ab anterioribus, à superciliis distante sex circiter linearum, posteriora versus; altera ab occipite, versus anteriora, scissum; ita ut angulum plus aut minus obtusum, apice superius sito, supra aures, efforment prædictæ sectiones; quo* ventriculi superiores cerebri, eorumque sinus posteriores *detegantur.*

Sequentia *utrique sectioni communia sunt.*

A. A. Tegumentorum sectio.

B. C. Ossium sectio; B. corticis; C. substantiæ spongiosæ.

D. E. F. G. H. Duræ matris, D. E. F. G. falcis; D. F. sinus longitudinalis, sectio.

J. I. K. L. M. N. O. &c. Cerebri, J. J. substantiæ corticalis, I. I. substantiæ medullaris, punctis rubeis distinctæ, quo à venis sectis sanguis in statu naturali effluens repræsentetur, L. L. marginis anterioris corporis callosi, M. septi lucidi, N. columnæ anterioris fornicis, O. partium lateralium marginis posterioris corporis callosi, P. P. forni-

1°. Ventriculi *anteriores* & illorum *sinus* patent ex figura 1a. Tab. 1æ., fig. 3a. Tab. 2æ., & in figuris Tab. 3æ..

a

cis columnarum posteriorum, sectio.
*. extremitas posterior hippocamporum.
Q.Q. R.R. Parietum ventriculorum anteriorum cerebri, R. R. parietum sinuum posteriorum, sectio.

Sequentia *sectioni faciem exibenti particularia sunt.*

S. S. Corpora *striata* venis consperfa.
T. V. *Nervorum opticorum* thalami, plexu choroïdeo partim cooperti.
V. V. Eminentiæ thalamorum *subrotundæ,* non semper obviæ.
U. U. Frenula *nova*, membranæ corneæ oculi ad instar pellucida, truncum venarum in angulo, à corporum striatorum & thalamorum opticorum contactu, efformato situm, ad quem omnes venæ per corpora striata dispersæ tendunt, coercentia; à parte anteriori thalamorum opticorum, juxta prædictum angulum, ad posteriora, infra thalamos opticos, usque ad partem anteriorem rimæ sinuum anteriorum ventriculorum cerebri, sese extendentia; à parte tamen thalamorum posteriori & inferiori, infra thalamos istos, in sustantiam medullarem, substantiæ thalamos cooperienti simillimam, satis tamen ab ea ductu suo distinctam, desinentia; ramum, quandoque plures surculos eminentiæ subrotundæ, mittere visa sunt.
X. X. Ramus frenulorum ad eminentias subrotundas.
Z. a. b. c. Plexus *choroïdeus* in situ naturali, quoad texturam verò obiter repræsentatus. a. *Surculi* venarum, utrinque tendentes in ramos b. b. venarum ex quarum concursu exurgit c. vena *Galeni.*
e. d. Eminentia in sinu ventriculorum cerebri posteriori, figuræ variæ, non semper obvia.
d. e. Via quâ columnæ posteriores fornicis, pedes hippocampi, & supra illas partes plexus choroïdeus, infra thalamos opticos, sinus posteriores ventriculorum cerebri subeunt.

Sequentia *sectioni oppositæ particularia sunt.*

f. g. h. i. j. &c. Corporis callosi facies interior, seu ventriculorum lateralium cerebri & ipsorum sinuum paries superior.
f. f. Pars corpora striata cooperiens.
g. g. Sinuum posteriorum paries superior.
h. h. Venæ juxta parietem illorum ventriculorum extensæ.
i. i. Striæ, ob hujus parietis curvaturam, efformatæ.
j. j. Septum *lucidum.*
k. Pars inferior marginis posterioris corporis callosi.
l. Partes fornicis parieti ventriculorum superiori cerebri posterius, septi vero lucidi parti posteriori anterius, contiguæ.
m. Columnarum medullarium fornicem efformantium, pars anterior subrotunda, ibique parumper invicem adhærentium.
n. o. Pars illarum columnarum posterior, eundo sese in aciem attenuans, parti inferiori corporis callosi in n. adhærens; in aciem vero parte o. desinens.
p. Spatium *triangulare isocele*, à margine corporis callosi posteriore & columnis fornicis medullaribus, à se invicem versus marginem illam deviantibus comprehensum, *psalterium* dictum, *striaturis* ab anterioribus ad posteriora, inferius vero à dextris ad sinistras & vicissim, intersectum.

Figura II.

R*epræsentat partem mediam sectionis* (fig. 1æ.) *faciem exibentis, plexu choroïdeo denudatam, aversaque marginis posterioris corporis callosi, &c., sectione* O. P., *quo detegatur cerebelli pars superior.*

H. Cerebelli pars superior & anterior.
J. Commissura *posterior* cerebri.
I. Glandula *pinealis.*
K. Columnæ *medullares* illam thalamis opticis alligantes, commissuræque cerebri posteriori applicantes.
L. Nates.
M. Septi lucidi sectio.
N. N. Columnæ anterioris fornicis sectio.
S. S. Corpora *striata.*
T. V. Thalami *optici.*
V. Eminentiæ thalamorum *subrotundæ.*
U. U. Frenula *nova* de quibus diximus in fig. 1a.
X. Y. Z. Rima thalamos separans, quaque in ventriculum tertium itur.
X. Vulva.
Y. Anus.
Z. Rima, vulvæ & ano continua, quâque diducta patet ventriculus tertius.

Figura III.

E*Aadem fere ac in præcedenti exibet, & præterea ventriculum tertium, diductis thalamis* T. T.

H. J. I. &c. U., ut in præcedenti figura; *nisi quod columnæ* K. *marginem superiorem interiorem thalamorum opticorum circumdare videantur, & eminentiæ* V. V. *non delineatæ sint.*

a. b. c. d. e. Ventriculus *tertius.*
a. Commissura *anterior* cerebri.
b. b. Pars ventriculi *infundibulum* dicta.
c. c. Eminentiæ *orbiculares* à quibus assurgunt columnæ N. N..
d. Via quâ à tertio ventriculo infra nates, &c., itur ad quartum.
b. d. Rima infundibulo & huic ductui continua.
e. e. Locus quo thalami quandoque adhærent.

Figura IV.

E*Xibet partem inferiorem ventriculi tertii, medullam oblongatam, &c.*

A. A. Crura cerebri posteriora, à cerebello separata.
B. Partis superioris medullæ spinalis, sectio.
C. C. C. Partes à cerebri loborum tum anteriorum tum mediorum, margine interiore separatæ.
D. D. Nervorum opticorum sectio.

2°. VENTRICULUS *tertius* apparet in Tab. 1ª. fig. 3ª., 1ª. & 2ª. 2ª. Tab., & 1ª. 3ª. :

a

E. E. PROTUBERANTIA *annularis* cum fibris suis transversis in medio concurrentibus exibita.

F. F. Pars cerebri subcinerea inter nervos opticos & cerebri circumvolutiones sita.

G. G. CRURA cerebri *anteriora* cum fibris suis longitudinalibus ad protuberantiam annularem concurrentia.

H. H. SPATIUM *triangulare* inter crura illa & in parte inferiori ventriculi tertii obvium.

I. I. EMINENTIÆ *orbiculares* quarum pars C. C. (fig. 3ª.), in ventriculo tertio apparet.

K. L. Infundibuli pars posterior.

L. Tubi infundibuli sectio.

M. N. NERVI *optici*.

M. Illorum nervorum *conjunctio*.

N. Pars eorum nervorum crura cerebri circumdans, partemque posteriorem inferiorem thalamorum petens.

O. FOVEA *triangularis* infra septi lucidi partem inferiorem obvia.

P. MARGO *anterior* corporis callosi.

Q. Q. Pars inferior hujus marginis fibris suis transversis distincta.

R. Continuatio fibrarum medullarium, eminentiam, RAPHÉ dictam, in superficie corporis callosi superiore constituentium. Fibræ illæ ab invicem secedunt, tuncque relinquunt spatium S. (*fig.* 5).

S. CORPORA *pyramidalia posteriora*.

T. CORPORA *pyramidalia lateralia*, *anteriora* etiam dicta.

V. V. CORPORA *olivaria* inter corpora prædicta, sita.

V. V. RIMULA inter corpora pyramidalia posteriora obvia, superiorique sua parte magis patula.

X. X. Pars medullæ spinalis superior.

FIGURA V.

PArtem anteriorem figuræ 1æ. exibet. *Posteriora versus diducti sunt nervi optici, quò appareat* pars infundibuli anterior.

C. O. P. Q. R. Ut in præcedenti figura.

R. S. RIMULA inter fibras medullares ab invicem diductas, RAPHÉ constituentes, obvia.

D. M. N. NERVI *optici*.

D. Illorum nervorum sectio.

M. Illorum *adunatio*.

N. Eorum pars posterior.

V. V. Pars infundibuli anterior, sua peculiari substantia circumscripta.

X. Pars pellucida, tum ob parietum tenuitatem, cum ob alias partes cæteris hujus parietis partibus oppositas.

FIGURA VI.

PArtes quasdam, ut in sectione opposita figuræ 1æ. exibitas, in magnitudine naturali repræsentat.

P. f. g. h. i. j. l. m. n. o. Ut in sectione opposita figuræ 1æ., nisi quod columna l. m. n. sicut & septum lucidum j. j., in situ naturali appareant.

TABULÆ SECUNDÆ
EXPLICATIO.

FIGURA I.

SEctionem capitis verticalem, ab anterioribus ad posteriora, repræsentat.

A. A. Tegumentorum sectio.

B. C. D. &c. O. Ossium, B. ossium palatum efformantium, 1. suturæ os palati cum osse maxillari connectentis, C. ossium nasi, 2. suturæ ossa nasi cum coronali & ethmoïdeo connectentis, D. laminæ osseæ horisontalis ethmoïdis, 3. apophysis ethmoïdis, 4. suturæ os basilare ethmoïdeo jungentis, E. F. ossis frontis, E. sinus frontalis dextri aperti, F. suturæ ossis frontis illud cum bregmatis ossibus connectentis, G. H. suturæ ossa bregmatis cum occipitis osse connectentis, I. I. ossis occipitis, J. J. vertebræ primæ, K. apophysis oduntoïdis secundæ vertebræ, L. apophysis cuneï-formis ossis occipitis, M. N. O. sphœnoïdis, M. partis sphœnoïdis cum osse occipitis conjunctæ, N. partis sphœnoïdis fossam pituitariam constituentis, O. sinus sphœnoïdæi dextri aperti, sectio.

P. P. Membranæ pituitariæ nares & faucium superiora vestientis, sectio.

Q. Q. Membranæ palatum vestientis sectio.

R. Veli penduli palati sectio.

S. Carnium sectio.

T. Sectio alarum nasi.

U. V. W. X. Y. a. b. c. Narium interiora, membraná pituitariá pictá cum glandularum suarum orificiis vestita, dextrorsum & obiter exibita.

U. U. Alarum nasi facies interior.

V. Os *turbinatum inferius*.

W. X. Y. Facies interior portionis lateralis ethmoïdis, cujus pars W. Os *turbinatum superius* constituit, & quandoque posterius in X. X. trifida, sed frequentius bifida est.

Y. SPATIUM quo in sinus ethmoïdeos itur.

a. SPATIUM non semper obvium.

b. INTERVALLUM inter os turbinatum superius & os turbinatum inferius, quo in sinus maxillares & frontales itur.

c. Tubæ Eustachianæ ORIFICIUM.

d. e. f. Duræ meningis, e. illius membranæ portionis cerebellum à cerebello separantis, f. sinuum lateralium, sectio.

g. h. i. j. Corporis callosi, ventriculi medii parietum, substantiæ oblongatæ, &c., sectio.

3°. VENTRICULUS *quartus* exhibetur in Tab. 2ª. fig. 1ª. & 2ª., & in fig. 1ª. Tab. 3ª.;

a

g. g. Corporis callosi, h. commissuræ anterioris cerebri, i. commissuræ posterioris cerebri, j. nervorum opticorum adunationis, sectio.

k. v. l. Parietum ventriculi tertii, l. l. infundibuli, *. columnæ pituitariæ, sectio.

m. m. n. o. Ductus à tertio in quartum ventriculum aperti sectio.

n. NATES.

o. TESTES.

p. GLANDULA *pinealis* cum COLUMNA sua *medullari* dextra.

q. PLEXUS *choroïdeus*.

r. r. COLUMNA *medullaris dextra*, fornicem constituens.

s. Portio columnæ medullaris sinistræ.

t. CORPUS *orbiculare dextrum*, à quo exurgit *columna* r. r..

u. GLANDULA *pituitaria*.

v. Parietum foveæ inter corpora orbicularia & protuberantiam annularem interjacentis, sectio.

w. x. Parietum ventriculi quarti sectio.

x. Valvulæ VIEUSSENSI sectio.

y. Cerebelli bifida sectio, ob variam substantiæ medullaris & cinereæ dispositionem, ARBOR *vitæ* dicta.

z. Cerebelli partes in prædicta sectione intactæ.

a. PLEXUS *choroïdeus* quarti ventriculi.

b. Portio dextra ventriculi quarti.

c. *d*. Substantiæ oblongatæ sectio.

c. Protuberantiæ annularis, diversis filamentis intersectæ, sectio.

d. CORPUS *pyramidale anterius dextrum*.

e. Medullæ spinalis sectio.

f. ARTERIA *basilaris*.

g. Illius arteriæ diversi surculi, intervalla inter infundibulum, corpora olivaria & protuberantiam annularem relicta, irrigantes.

h. *h*. Hemisphœrii dextri cerebri facies interior.

i. *i*. VASA *arteriosa* per faciem illam ambulantia, obiter expressa.

FIGURA II.

E*Xibet cerebellum & substantiam medullarem è cranio avulsam, & ita sectam, ut* paries anterior ventriculi quarti *appareat*.

k. m. t. v. w. *c*. *d*. *e*. Ut in figura præcedenti.

f. f. Glandulæ pinealis *frena* in K. K. fig. 2ª. & 3ª. Tab. 1ª., exibita.

g. COMMISSURA *posterior* in j. fig. 2ª. & 3ª. Tab. 1ª., repræsentata.

g. *h*. *i*. Paries posterior ductus à tertio in quartum ventriculum aperti.

i. COLUMNA *medullaris* à qua nervorum par quartum procedit.

k. *l*. Paries ventriculi quarti posterior.

l. VALVULA *Vieussensi* diversis filamentis medullaribus intersecta.

m. Ventriculi quarti paries anterior.

n. *n*. VALVULÆ *semi circulares*, *inferiores* & *posteriores*, quarti ventriculi.

o. *o*. FOVEA inter prædictas valvulas & parietem quarti ventriculi posteriorem obvia.

p. Portio septimi nervorum paris è quarto ventriculo exeuntis.

q. *r*. *s*. *t*. Facies inferior & anterior cerebri & cerebelli.

q. Extremitas inferior vermis cerebelli, variis plicis quandoque distinctissimis conflata.

r. TUBERCULA *lateralia*, *anteriora*, *inferiora*, cerebelli.

s. Partes cerebelli inferiores ab invicem distinctæ, inter quas duræ meningis falx inferior intercedit.

t. Quarti ventriculi PLEXUS *choroïdeus*, jam in *a*. fig. 1ª. exibitus.

FIGURA III.

D*Emonstrat caput ita sectum ut appareant* cerebri sinus anteriores & pedes hippocampi.

A. A. Tegumentorum sectio.

B. C. D. E. *. Ossium, C. sinuum frontalium, D. septi ossei sinuum illorum, E. spinæ ossis frontis *. apophysis ethmoïdis, sectio.

F. FORAMINA *olfactoria*.

G. G. FOSSÆ basis cerebri *anteriores*, dura matre vestitæ.

H. H. FORAMINA *optica*.

I. I. NERVI *optici* per illa foramina ad oculum migrantia.

J. Nervorum illorum *adunatio*.

K. NERVI illi à posterioribus ad anteriora concurrentes.

2. Carotidum internarum sectio.

L. L. Duræ meningis sectio.

M. M. Substantiæ corticalis cerebri sectio.

N. N. Substantiæ medullaris cerebri sectio.

O. P. Sinuum ventriculorum cerebri, O. sinuum anteriorum, P. posteriorum, sectio.

Q. Thalamorum opticorum substantia medullari illos cooperienti cinctorum, sectio.

R. Pars & infundibuli ima.

S. ORIFICIUM *anterius* ductûs à tertio in quartum ventriculum aperti.

T. COMMISSURA *posterior* cerebri.

U. NATES.

h. i. k. l. m. n. o. p. Ut in sectione opposita fig. 1ª. Tab. 1ª., nisi quod corpus callosum à partibus anterioribus & lateralibus sibi continuis separatum, cum posterioribus verò continuum, ab anterioribus ad posteriora inversum, exhibeatur, ut appareat

V. W. PEDES *hippocampos* non esse nec corporis callosi, nec ipsius marginis posterioris prolongationem.

V. Pedum hippocamporum extremitas posterior, margini posteriori corporis callosi affinis.

W. Extremitas anterior striaturis donata, contermina

X. X. APOPHYSIUM *clinoïdeorum posteriorum* sellæ equinæ.

Y. Y. FILAMENTA *medullaria*, obliqua ab anterioribus ad exteriora & à posterioribus ad anteriora, adunata, & pedes hippocampos obducentia.

Z. Z. Columnarum medullarium fornicem constituentium, pyramidalis prolongatio, marginem hippocamporum anteriorem prætexens.
a. b. Plexus *choroïdeus*. a. Pars hujus plexus ab anterioribus ad posteriora inversa, & in Z. Z. sectionis fig. 1ª. Tab. 1ª. exibita. b.b. Pars hujus plexus hippocampos vestiens, in situ naturali picta.
c. c. Pars lateralis externa sinuum anteriorum ventriculorum anteriorum.
d. e. R. Ut in sectione fig. 1ª. Tab. 1ª., sed obiter.
f. f. Margo interior & inferior lobi medii cerebri.
g. g. Rima inter marginem prædictam & medullam oblongatam obvia, qua vasa sanguinea plexum choroideum, &c., petunt.

Figura IV.

E*xibet* pedes hippocampos *adulti, in magnitudine naturali, à partibus aliis separatos, quo magis patescat eorum forma.*

V. W. Y. Z. c. c. e. f. k. Ut in superiori figura.
g. g. Eminentia *subrotunda* major, cineracea, aliis h. h. (*fig.* 5.) inter prolungationem Z. Z. & marginem f. jacentibus, continua.

Figura V.

D*Emonstrat* prolongationem Z. & eminentiam W. hippocamporum, *ab anterioribus ad exteriora inversas, quo appareant*

f. f. g. Ut in superiori figura.
h. h. Eminentiæ *subrotundæ* de quibus diximus in præcedenti figura.

Figura VI.

R*Epræsentat sectionem horisontalem hippocamporum, juxta modo dictas eminentias, quo* substantia cinerea, *ex qua potissimum constantur, appareat.*

c. f. Ut in fig. 4ª.
h. h. i. i. Hippocamporum, i. i. substantiæ medullaris hippocampos vestientis, sectio.

Tabulæ Tertiæ
Explanatio.

Figura I.

I*Ndicat sectionem capitis verticalem à sinistris ad dextras, juxta aurium partem anteriorem.*

Utrique sectioni sequentia *communia sunt.*

A. A. Tegumentorum & carnium sectio.
B. C. D. Ossium, C. zigomatis juxta ipsius radicem posteriorem, D. ossis sphœnoidis, sectio.
F. Canalis carotidis internæ, juxta sellam equinam, sectio.
G. Arteriæ carotidis internæ sectio.
I. K. L. Duræ meningis, K. L. falcis, L. sinus longitudinalis, sectio.
M. N. O. P. Q. R. S. Cerebri, M. N. O. substantiæ corticalis, M. M. fissuræ duo cerebri hemisphœria distinguentis, O. O. scissuræ magnæ Sylvii, P. substantiæ medullaris, Q. corporis callosi, R. corporum striatorum, sectio, quâ substantia illorum subalba & intermedia apparet.
S. Septi lucidi sectio, quâ duæ laminæ ex quibus conflatur, distinguuntur.
T. Ventriculorum anteriorum sectio.
U. Corporum striatorum superficies in illis ventriculis. Vid. Tab. I. *fig.* 1. 2. 3.
V. Extremitatis anterioris sinus anterioris ventricurum anteriorum sectio.

Sequentia *sectioni cum auribus communia sunt.*

E. Processus *clinoïdei posteriores.*
W. Extremitas anterior hippocamporum. Vid. Tab. II. *fig.* 3. W.
X. Y. Z. Nervi *optici,* Y. eorum coalitus Z. illorum sectio.
&. Pars parietis anterioris infundibuli, nervorum opticorum coalitui posterius adhærentis. Vid. Tab. I. *fig.* 5. X.

Sectioni oppositæ sequentia *particularia sunt.*

a. Glandula *pituitaria.*
H. H. Membranarum illam circumdantium, sinuumque cavernosorum sectio.
b. Facies inferior & media cerebri, corporum striatorum mediæ parti ferè correspondens, & parumper erecta, quo detegerentur
c. c. Nervorum opticorum sectio, sectioni Z. correspondens,
d. d. Olfactivorum *origo.*
e. Sinus anterioris ventriculorum anteriorum extremitas anterior, extremitatem T. hippocamporum recipiens.

Figura II.

D*Emonstrat sectionem capitis verticalem à sinistris ad dextras, juxta aurium partem posteriorem, & cerebellum ita sectum, ut detegatur* ventriculus quartus.

Sequentia *utrique sectioni communia sunt.*

A. A. Tegumentorum & carnium sectio.

a

B. C. D. Offium, C. futuræ fagittalis, D. foraminis occipitalis, fectio.
E. F. G. H. I. Duræ meningis, F. G. falcis, G. finus longitudinalis, H. I. tentorii, I. finuum lateralium, fectio.
J. K. L. Cerebri, J. fubftantiæ corticalis, K. fubftantiæ medullaris, fectio.
L. Sinuum ventriculorum anteriorum cerebri in fpatio triangulari utrique communi, fectio.
*. Sinuum pofteriorum orificium.
M. N. O. Cerebelli, M. fubftantiæ corticalis, N. fubftantiæ medullaris, O. parietum ventriculi quarti, fectio.
P. Partes cerebelli laterales inferiores, parva duræ meninginis falce, feparatæ.

Sectioni cum auribus SEQUENTIA *particularia funt.*

Q. Hippocamporum margo pofterior.
R. Plexus choroïdei hippocampos veftientis pars pofterior.
S. Corporis callofi margo pofterior.
T. NATES, U. TESTES, V. GLANDULA *pinealis*, in fitu naturali.
W. *Medullaris* COLUMNA unde prodit X. quarti nervorum paris ORIGO.
Y. Valvulæ magnæ cerebri facies pofterior, cujus anterior adeft in *l.* (*fig.* 2.1. TAB. II.).
a. b. c. d. e. f. g. Ventriculi quarti aperti paries anterior. a. pars inferior ductus à valvula magna & proceffibus cerebelli medullaribus efformatus. b. c. RIMULA parietem illum dividens. d. d. d. d. quatuor FOVEOLÆ *novæ*. e. f. portio feptimi nervorum paris è quarto ventriculo exeuntis. e. ipfius è quarto ventriculo egreffus in angulo à concurfu partis inferioris anterioris cerebelli & pofterioris medullæ oblungatæ efformato. g. c. CALAMUS *fcriptorius* cujus margines g. g. quandoque crenatæ funt.
h. Medullæ fpinalis fectio.

Sectioni oppofitæ SEQUENTIA *particularia funt.*

i. Spatium triangulare, è concurfu partis inferioris pofterioris & anterioris falcis cum media & anteriore tentorii exurgens.
j. Extremitas fuperior vermis, valvulæ Y. fuperpofita.
k. Extremitas inferior vermis, parieti a. b. c. d. e. f. oppofita.
l. l. Partes cerebelli laterales internæ, his extremitatibus correfpondentes.
m. Pars ventriculi quarti pofterior. Vid. TAB. II. *fig.* 2. l. o. o.

His, pro fundamento dicendorum pofitis, illarum cavitatum defcriptionem aggrediamur.

VENTRICULOS *quatuor* cum antiquis (*Herophil. Galen. &c.*) admittimus, funt nempe duo VENTRICULI *anteriores*, VENTRICULUS *tertius*, *quartus*, & præterea varia in his ventriculis notata loca, ut SINUS tum *anteriores* tum *pofteriores* ventriculorum anteriorum, PSALTERIUM, SPATIUM à columnis fornicem conftituentibus, ventriculorum anteriorum lateribus externis, fepto lucido, utrinque interceptum, VULVA, ANUS, INFUNDIBULUM, DUCTUS à 3°. in 4um. ventriculum, CALAMUS *fcriptorius*.

1°. VENTRICULI *anteriores*, in medio cerebro ftrictè dicto, in ipfius fubftantia medullari, intra ipfius lobos medios, præcipuè fiti; multo minus anteriori fede à fronte, quam maximè pofteriori ab occipitio, remoti; ab anterioribus ad pofteriora, infra totum corpus callofum, fupra corpora ftriata, thalamos opticos, glandulam pinealem & nates, extenfi; ad latera verò paulò profundius in illorum loborum fubftantia medullari, corpori callofo continua, excavati; anterius & pofterius obtufi & rotundi (*Vefal.*); variis donantur finibus.

Pars autem anterior corporis callofi, ita circa partem anteriorem corporum ftriatorum, præfertim anteriora bafis ventriculorum occupantium, & feptum lucidum inter illa corpora fitum, circomvoluta eft, ut paries ventriculorum fuperior, ab utraque parte, anterius operculum ftriaturis donatum, ovatum ad inftar horumce corporum, efformet. Pofterius verò paries ille plus aut minus dilatatur, ita tamen ut in fubjectis quorum caput oblongum, & ad latera compreffum, pars lateralis externa ventriculi anterioris dextri, eidem parti ventriculi anterioris finiftri, vix parallella videatur. In diverfis cadaveribus latera illa, plus aut minus, pofterius divergentia vidimus.

2°. Columnæ medullares, parti pofteriori fepti lucidi, inferiori corporis callofi, adhærentes, (*pfalteriumque efficientes Galen.*), ita difponuntur, ut SPATIUM *triangulare ifocele* ab iis & parte inferiore marginis pofterioris corporis callofi, ipfius bafim conftituente, interceptum, apice fuo parti mediæ ventriculorum correfpondens, bafi verò fua prædictorum ventriculorum pofteriora difterminans, variis ftriis ab apice ad bafim (*Senac.*), fenfibi-

lioribus verò ab uno basis angulo ad alterum, donatum, sit distinctum ab areis, à prædictis columnis, septo lucido & ventriculorum lateribus, utrinque interceptis. Sed plura de fornice alibi dicemus.

3°. Prædictæ cavitates suos habent sinus. Namque ad latera marginis posterioris corporis callosi, ventriculorum anteriorum parietes ad invicem parumper approximantur, & quasi in cerebri lobos posteriores continuantur (*Eustachi*, *Barthol.*), ab exterioribus ad interiora arcuati; sicque in istis lobis excavantur SINUS *posteriores*, fermè horisontaliter siti, parumper tamen in plano inclinato extensi (*A Bergen.*), à posterioribus ad anteriora sursum obliqui, conici (*Eustach.*), apice obtuso posterius posito, basi verò anterius hiante, vix in adultis digiti minimi capaces, in juvenioribus verò longè minores, plus minusve in utrisque extensi, aliquando vix sensibiles (*Barthol.*), aliquoties plus sinistrorsum aut dextrorsum exculpti (*Eustach.*), fere semper in omnibus subjectis sic dispositi, ut utriusque sinus latus interior emineat (*Haller*) (ut alibi dicemus), quandoque oppositis parietibus cavitatis adhæreat; dum è contra latus exterior, concavus, & veluti ad instar eminentiarum lateris oppositi insculptus, quam minimum, inter dictas eminentias, intervallum relinquere videtur.

Dantur præterea SINUS *anteriores*, in cerebri lobis mediis effossi (*Varol.*), ab *angularique* SPATIO (*Eustach.*) ipsis, & ventriculis anterioribus, & sinibus modo dictis, communi, juxta latera marginis posterioris corporis callosi sito, versus posterius lateraliter descendentes (*Carpi*), deorsum sensim in cerebri substantiam versus priora paulatim cornu in modum arcuati (*Vesal.*), descendendo anterius (*A Bergen*), infra ventriculos ipsos extensi (*Aranti.*); magis tamen ad latera excavati (*Winslow*), ab anterioribus ad exteriora, & dein ab exterioribus ad interiora arcuati (*Winslow*), thalamorum opticorum basi inferius circumscripti, eundo dilatati (*Duvernoi*), latera posteriora sellæ equinæ fermè pertingunt (qua maximi soporalium arteriarum rami in cerebrum feruntur *Vesal.*), ab eaque, substantiâ cerebri admodum tenui, parietes ipsorum ibi efformante, tantum separantur.

Paries autem superior & lateralis externus illorum sinuum sic conformatur, ut ad exemplar hippocamporum (alibi dicendorum) parietem illorum sinuum inferiorem constituentium, excavati sinus, à posterioribus ad interiora eundo, inter hippocampos & prædictos parietes quam minimum, in statu naturali, habeant intervallum.

Quin imo pars anterior & crassior hippocamporum ita cooperitur, & prædictis parietibus circumdatur, ut ad instar partis corporum striatorum in anterioribus ventriculorum lateralium degentis, in parte anteriori istorum sinuum jaceat, quandoq; parietibus ipsis adhæreat.

At versus marginem interiorem hippocamporum, inter partem inferiorem thalamorum opticorum & marginem interiorem loborum mediorum cerebri, adest RIMA quâ vasa sanguinea à media parte basis cerebri, in prædictos sinus erepunt. Datur etiam inter marginem inferiorem partis posterioris corporis callosi, glandulam pinealem & nates, INTERVALLUM quo vasa ejusdem generis ventriculos anteriores subeunt.

4°. VENTRICULUS *tertius*, infra psalterium excavatus, ab eoq; plexu choroïdeo separatus, infra thalamos opticos situs, nullum fermè occupat spatium (*Massa*); parietes enim istorum thalamorum in cadaveribus ita sunt contigui (*Massa*), ut superius illorum separationem indicet RIMULA *longitudinalis*, anterius parumper patula circa anticam ventriculorum anteriorum cerebri regionem, subtus fornicem recondita, & juxta radices illius excavata (*Vieussens*), ubi illam *vulvam* denominant (*Columb.*); posterius vero magis, *anum* sic dictum (*Piccholom.*) efformet, tertiumque apud quosdam (*Ridley*) constituat ventriculum. Quin imo prædicti parietes superius & in media sui parte contigui, sæpe sæpius ope laminæ cinereæ (*Morgag.*) sic adhærent, ut quam minimum in parte sua superiori, plus vero anterius, minus posterius, intervallum relinquere videantur.

Illa ima pars anterior (substantiâ subcinerea, molli, nervorum opticorum coalitui immediate postposita (*Vieussens*) constans, cœteris hujus ventriculi parietibus diversa, margini foraminis quarti ventriculi continua (*Wharton.*), margini anteriori & inferiori eminentiarum orbicularium, posteriori & inferiori septi lucidi, circumscriptâ, tenui, excavatâ, initio accurate elatissimam regionem infundibuli referens, ac dein ab exortu sensim in arctum spatium, infundi-

buli quoque modo cogitur, donec tandem veluti in anguſtam oblongamque fiſtulam ſimiliter atque infundibula abeat, quæ deorſum protenſa (*Veſal.*), in glandulam pituitariam deſinit; unde INFUNDIBULI nomen traxit. Hujus infundibuli fiſtula (conſtans duplici ſubſtantia extus membranacea, intus medullari *Wharton.*), (inſenſibilibus tantum poris prædita eſt *Vieuſſens*); ſed de illa agemus ubi de glandulâ pituitaria.

Pars vero poſterior longe minus excavata, ope *Rimulæ* parumper convexæ in mediâ & infimâ ventriculi tertii parte, ab anterioribus ad poſteriora extenſæ, infundibulo continuæ, in ductum poſterius abit, in ventriculo quarto apertum.

5°. DUCTUS ille, ab interioribus ad poſteriora, & à ſuperioribus ad inferiora arcuatus; intra partem ſuperiorem, mediam, & poſteriorem crurum cerebri, ubi in protuberantiam annularem migrant, & partem anteriorem mediam iſtius protuberantiæ, infra & inter nates & teſtes excavatus, (ac ſuper protuberantiæ annularis initium declivis, initio non adamuſſim orbicularis, utpote ſervans in inferiori ſede acutum ſuæ cavitatis, unde prodit, angulum *Veſal.*), inter partem ſuperiorem & poſteriorem crurum cerebelli ſeſe dilatando extenſus, (ubi quidam illum, CALAMUM *ſcriptorium* denominant *Arant.*), valvulâ VIEUSSENSI (alibi dicenda) ea crura ſuperius adunante coopertus *Willis*), deſinit in ventriculum quartum.

6°. VENTRICULUS *quartus*, verticaliter ſitus (*Euſtachi*), intra partem anteriorem mediam medullarum cerebelli, & poſteriorem partis ſubſtantiæ oblongatæ, protuberantiam annularem dictæ, ſinuatus (*Veſal.*), pyramidalis (*Mundini*), pariete ſuo anteriori trigonus, poſteriore triangularis, concavus, conicus, apice ſuperiori obtuſo, ductui modo dicto continuus, lateralibus angulis in ſubſtantiam medullarem cerebelli extenſus, baſi ſuâ duabus donatur valvulis.

VALVULÆ *illæ*, inter partem inferiorem eminentiæ vermicularis & angulum parte cerebelli anteriore inferiore & medullâ oblongata efformatum ſitæ, ab eoque angulo ubi prædictæ partes ſunt continuæ, baſi prædicti trianguli, ſeſe arcuando juxta latera partis inferioris eminentiæ vermicularis, ſurſum hiantes adhærent.

Paries vero ventriculi quarti anterior, (trigonus *Euſtachi*), angulo ſuo ſuperiori obtuſo, ductui modo deſcripto continuus, lateralibus angulis ſuis etiam obtuſis, iiſdem angulis parietis poſterioris correſpondens, angulo ſuo inferiori acuto abit in medullam ſpinalem, calamumque ſcriptorium refert; unde CALAMUS *ſcriptorius* (*Heroph. Galen.*) denominatus fuit paries ille. Nomen verò hoc ipſius parti tantum inferiori nunc tribuitur (*Ridley*).

CALAMI *ſcriptorii* margines crenatæ, ſeu ad inſtar ſpiræ inferius contortæ, apparent. Quin imo ventriculi quarti paries anterior, media ſui parte, à ſuperioribus ad inferiora, rimulâ uſque ad angulum extenſâ, bifidus apparet (*Euſtachi*).

Juxta tertiam hujus rimulæ mediam partem, duæ quam minimæ utrinque adſunt FOVEÆ, per quas FILAMENTA *medulloſa*, in illo ventriculo varia, à rimulâ prædicta aſſurgentia, quandoque exeunt; ſed frequentius adunata (*Ridley*), verſus angulum parte anteriori inferiori cerebelli & medulla oblongata efformatum, concurrunt, & ſeptimum par nervorum partim conſtituunt, Sed de his alibi.

Hæc de cavitatibus prædictis ſufficiant, quippe quæ enarrando inferius varias auctorum de his deſcriptiones, notiores evadent.

Omnia quæ in ipſis occurrunt, excepto plexu choroïdeo, ſubſequens tradet hiſtoria; diverſæque ſolventur alibi queſtiones anatomicæ quæ nunc poſſent inſtitui, ſcilicet,

1°. *An illæ cavitates peculari induantur membrana?*

2°. *Utrum detur vacuum in iſtis cavitatibus?*

3°. *Mutuum ne detur commercium inter ventriculos anteriores? Inter eos & illorum ſinus? Inter eos & ventriculum tertium? Inter ventriculum tertium & quartum?*

4°. *An viis à cerebri exterioribus ad cavitates illas apertis, aliquid naturaliter poſſit effluere?*

5°. *Num tubulus infundubili ſit cavus?*

Sequitur nunc variarum de his cavitatibus iconum comparatio.

TAB. I.

Fig. 3.ª

Fig. 4.ª

Fig. 5.ª

Fig. 2.ª

Fig. 6.ª

Fig. 1.ª

Iconographia cavitatum cerebri et cerebelli.

Fig. 3.ª




Fig. 4.ª




Fig. 5.ª



Fig. 6.ª




Fig. 2.ª







Fig. 1.ª


J. Robert del. ad nat. et sculp.

TAB. II.














TAB. II.


Fig. 2.ª



Fig. 3.ª


Fig. 4.ª


Fig. 5.ª


Fig. 6.ª

Fig. 1.ª

J. Robert del. ad nat. et Sculps.

TAB. III.

Fig. 1.ª





Fig. 2.ª



Iconographia cavitatum cerebri et cerebelli.

TAB. III. Pag. 8.

Fig. 1.a



J. Robert del. ad. Nat. & Sculp.

Fig. 2.a



SECT. II.

De Cavitatum Cerebri & Cerebelli variarum iconum relatione.

SEquitur iconum archetyparum, HUNDTI, DRYANDRI, CARPI, Caroli STEPHANI, VESALII, EUSTACHII, VAROLII, CORTESII, CASSERII, VESLINGII, HIGMORI, BIDLOI, WILLISI, BARTHOLINI, STENONIS, VIEUSSENSI, VERHEYENI, RIDLEYI, HEISTERI, GARANGEOTI, A BERGENI, DUVERNOII, LIEUTAUDI, MORANDI, HUBERI, BONHOMMII, & Hiſtoriæ naturalis generalis & particularis cum muſæi Regii deſcriptione, de cavitatibus Cerebri & Cerebelli examen.

HUNDT, Autorum hactenus notorum primus, naturæ vero minimè ſcrutator, Cavitates Cerebri & Cerebelli ad mentem figuraſſe, cuicumque rerum perito manifeſto patebit. Quomodo autem illas diſpoſuerit, ex ipſius iconum (TAB. IV. *fig.* I. & IV.) interpretatione [a] intelligi poteſt.

*F*iguram primam uſurpavit DRYANDER.

CARPI qui primus quaſdam partes ad naturam ruditer pinxit, potius ſe cavitates illas in humanis cerebris vidiſſe, quam adumbraſſe iconibus ſuis (TAB. IV. *fig.* II. & III.), indicat. [b]

DRYANDER prædictis autoribus perſpicacior, majori induſtria in repræſentandis illis cavitatibus uſus, forſan verô diſſectionibus anatomicis parum exercitus, aut alienis nimis credulus, varias de cerebro icones, illud ſui potius ope ſtrati (TAB. IV. *fig.* V. VI. VII.) quam ſe ipſis exhibentes, tradidit. [c] num vero ſinus anteriores Ventriculorum ſuperiorum indicaverit, delinaverit (fig. VI. VII. nº. 3. 4. 5.), occulatioribus dijudicandum relinquimus.

Iiſdem figuris uſus eſt RYFF.

a

TABULÆ QUARTÆ EXPLANATIO.

FIGURA I. & IV. ex HUNDTO.

A. Capilli. B. cutis. C caro. D. paniculus. E. craneum. F. dura mater. G. pia mater. H. cerebrum. I. ventriculus primus, ſecundus & tertius. K. rete mirabile. L. lacuna. M. 1. 2. 3. 4. nervorum paria. N. caruncula. O. viſus. P. auditus. Q. olfactus. R. guſtus. S. ſenſus communis. T. imaginativa. V. cogitativa. X. memorativa. Y. ſutura coronalis. Z. ſagittalis. &. cauda.

FIGURA IV.

I. Ventriculus primus. 2. ſecundus. 3. tertius.

FIGURA. II. & III. ex CARPO.

b.

HAbes in 2ª. figurâ duram matrem ſeparatam à cerebro, cujus medietas à prora ad puppim tegitur pia matre, ut vides. In altera vero parte in centro eſt notabilis concavitas ſenſui manifeſta, prius remota multa cerebri medulla, quam habent pro altera partium ventris anterioris ante dicti, in medio cujus eſt vermis ſimilis ſubſtantiæ rubeæ. in hac etiam figura eſt medietas emboti ante dicti & medietas ventriculi medii & anterioris.

A. A. Dura mater. B. B. Medulla. C. Vermis.

FIGURA III.

IN hac tertiâ unum à dextris, alium à ſiniſtris, in centro medullæ cerebri, habes duos ipſius ventres anteriores, & ſui vermes poſſunt comprehendi ex figura ante notata, & inter iſtos. inferius enim eſt embotum & ventriculus medius & poſterior, ut monſtrant Lineæ ſuis locis poſitæ.

A. A. Ventriculi anteriores. B. ventriculus medius. C. ventriculus poſterior.

c. FIGURA V. VI. VII. ex DRYANDRO.

VEntriculorum utrinque notæ ſunt E. C. utrinque circa baſim eſt ſubſtantia una pellicularis rubea, vermis dicta, ex venis & arteriis compoſita. Quæ ab uno extremo ad aliud cujuslibet ventriculi tendit, quæ motum habet ſecundum aliquos, aperiens & claudens ventriculos voluntariè. A. A. piæ matris pellicula eſt. crura D.

Licet Caroli Stephani, seu potius Riverii, icones (Tab. IV. *fig.* VIII. IX. X. XI.) ita sint mancæ & erroneæ, ut vix dum crassiora, Cavitatum quas repræsentant, rudimenta exibeant; ad naturam tamen delineatæ sunt, reiq; præcedentibus proximiores.

Ex harum iconum interpretatione [d], quid indicare voluerit autor, videre est.

Primus ergo, Stephano Cœvus, iconographorum Anatomicorum facillime princeps Vesalius, vera in hisce Cavitatibus pingendis fundamenta jecit [e], licetque ipsius icones suis non careant mendis, ad naturam tamen imitatæ sunt.

Literam vides notari carunculas mamillares, odoratus ut quidam vocant instrumenta, producentes nervos. Vides 1. 1. 2. 2. opticos vocatos, visui additos. Nervos 3. 3. 4. 4. 5. 5. quibuscunque sensuum nervis suos numeros appositos esse vides.

A. A. Ut hactenus semper pelliculam cerebri significat. B. B. inferius utrinque cerebrum, diruptis atque convulsis cavitatibus, quas hic ventriculos cerebri esse noveris, monstrabit E. postremam cerebri partem longe duriorem, quæque mox in spinalem medullam degenerat, designat.

Circa literam D. nervi sunt ad oculos videndi facultatem transferentes. græci *opticos* vocant.

Ex anterioribus ventriculis procedunt cavi. a. b. C. d. facti, ut spiritum visuum recipiant.

c. Cavitas posterior cerebri. D. D. inferior substantia utriusque lateris cerebri. B. Prioris partis cerebri infima est substantia. A. A. pia mater est.

d.

Fig. VIII. IX. X. XI. ex Stephano.

Figura VIII.

Exuta est cerebri substantia, & exempta usque ad ventriculorum concavitatem.

A. Locus quo ventriculi cerebri dexter ac sinister ad invicem coeunt ac copulantur. B. choroïdis membranæ reflexio & expansio ad ventriculos. C. choroïdis principium elatum, & à cerebri ventriculis remotum. D. solidior substantia anteriorum cerebri ventriculorum, sinuosa ut vides, per medium ipsorum utrinque oblique discurrens, ut talem faciat ventriculorum capacitatem qualis est.

Fig. IX.

Loca tantum proponimus vermiformis, & partium hujusmodi tenuissimarum: nam quemadmodum ad oculum in consectione difficillime ostendi possunt, ita etiam longe difficillimum fuerit, partes usque adeo tenues hic tibi exactissime demonstrare.

A. Fornix, psallioïdes, corpus cameratum. B. principium vermiformis circa septum, anteriores ventriculos distinguens. C. conarion glandula. D. vermiformis longitudo. E. glutia. Ligamenta & partes adjacentes vermiformi, F. via à 3.° ventriculo ad quartum.

Figura. X.

A. Processus ab ima cerebri parte ad nares, per quos fit olfactus. B. opticorum nervorum concursus. C. nervi oculorum motorii. D. tertia nervorum conjugatio, in duos ramos divisa, quorum minor in faciem & maxillam inferiorem, alter ad linguam fertur. E. quarta conjugatio, ad meatus aurium delata. F. quinta conjugatio, ad interiora viscera decurrens, nervosque recurrentes constituens. H. septima conjugatio, ad linguæ motum destinata. I. infinitæ nervorum productiones, à cerebello natæ, & inter membranas spinam involuentes delatæ. K. spinæ principium.

Figura XI.

A. Crassa meninx e cranio revulsa. B. locus cui insidet aden colatorius. C. quo in loco arteria carotis conspicitur ad retiformem plexum deferri. D. locus in quo reperitur membrana ad aurem pertinens. E. divisio nervi tertiæ conjugationis. F. origo spinalis medullæ. G. lacuna in palatum commeans, ad expurgandum cerebrum. H. cavitas insignis supra oculum, inter parietes ossis coronalis conclusa, sub prominente supercilii tuberculo. I. oculus osse detectus.

e.

Fig. XII. & XIII. ex Vesalio.

In illa figura omnes duræ tenuisque membranarum partes, resecuimus: ac dein dextram sinistramque cerebri portionem sectionis serie ita ademimus, ut jam cerebri ventriculi in conspectum venire incipiant. Primum namque secundum dextrum callosi corporis latus, longam moliti sumus sectionem, quæ per dextrum cerebri ventriculum ducta, dextræ cerebri partis eam portionem abstulit, quæ supra sectionem habebatur, qua orbiculatim calvariam serra divisimus. Atque quum idem quoque in sinistro latere absolvimus, sinistram cerebri partem ita hic reposuimus, ut superiorem sinistri ventriculi sedem aliqua ex parte commonstret, calloso interim corpore in capite adhuc servato.

A. Cerebri adhuc in calvaria relicti pars dextra. B. Pars sinistra cerebri adhuc in calvaria

VENTRICULORUM *anteriorum* situm, figuram, magnitudinem, præ cœteris Cavitatibus (TAB. IV. *fig.* XII. XIII. KK. LL. MM. NN., TAB. V. *fig.* I. I. M. N. S.,

relicti. C. portio cerebri sinistra, quæ sectionis serie à reliquo cerebro ablata, hic resupina jacet. D. Lineæ partim cerebri anfractus, & partim varium cerebri substantiæ colorem commonstrantes. Quidquid enim extra lineas consistit, quasi luteum & subcinericium magis est. Quidquid intra lineas habetur adamussim album visitur. hac itaque ratione sedes E. & F. insignitæ, apparent luteæ. quibus vero G. & H. inscribuntur, prorsus albæ sunt & nonnunquam rubris maculis interstinctæ. I. callosum corpus, utrinque à cerebri substantia, cui alioqui continuatur, ex sectione liberum. K. callosi corporis portiuncula, adhuc sinistræ cerebri parti, quæ adempta est, continua. L. dexter cerebri ventriculus. M. sinistri. N. sinistri ventriculi superioris sedis portio. O. plexus cerebri, ab imagine quam cum secundinâ seu fœtus involucris similem obtinet, nuncupatus. P. aranearum modo graciles venæ, dextri & sinistri ventriculorum substantiæ hoc in loco connatæ, ac ab illis diductæ vasis, quæ nuper commemoratum plexum extruunt. Q. venulæ à jam commemoratis vasis plexum efformantibus, in tenuem cerebri membranam sub callosi corporis anteriori sede huc excurrentes, & incerta serie (quemadmodum & venulæ P. notatæ) inter resecandum se offerentes.

TABULÆ QUINTÆ

EXPLANATIO.

Tota ex VESALIO, Fig. XIII. exceptâ.

FIGURA I.

ILLA figura, quod ad relictam in calvaria cerebri portionem attinet, nulla ex parte cum præcedente figura variat: atque id solum habet proprium, quod callosum corpus hic anteriori sua sede à cerebro primum liberavimus · ac dein elevatum, in posteriora refleximus, septum dextri ac sinistri ventriculorum divellentes, & corporis instar testudinis exstructi superiorem superficiem ob oculos ponentes.

A. A. Itaque & B. B. ac dein D. D. & E. & F. G. & H. eadem hic in Q. usque dicant, quæ in præcedenti figura. Sic quoque & L. L. & M. M. & O. & P. & Q. eadem insinuant. R. notatur inferior callosi corporis superficies. est enim id sua sede motum, atque in posteriora reflexum. S. T. V. superior corporis instar fornicis seu testudinis extructi superficies & veluti ipsius triangularis circumscriptio, quam ab S. ad T., & a T. ad V., & ab V. ad S., metimur. X. Dextrum ventriculum & sinistrum intercedentis septi inferior pars, corpori testudinem referenti continua. Y. septi jam commemorati superior pars, calloso corpori continua. Hoc namque septum non aliter quam modo disruptum est, depingi licuit. & alia quoque parata fuit figura, in qua duæ manus (uti inter secandum facere consuevi) callosum corpus nondum in anteriori ipsius sede liberatum, modice attolebant, quo speculum seu septum adhuc integrum oculis subjiceretur. verum quum non adeo concinnè negotium in pictura, atque in ipsa sectione, successerit, eam figuram, ne frustra paginam obliteraret, rejeci.

FIGURA II.

HÆC figura quod ad cerebri portionem in calvaria relictam spectat, etiam 13æ. Tab. 4æ. correspondet; a 1a. in hoc differens quod corpus testudinis modo fabricatum, anteriori sua sede à cerebri substantia liberavimus, id sursum in posteria reflectentes, ut inferior ipsius superficies in conspectum veniret, & vas illud etiam cernetur, quod à quarto duræ membranæ sinu pronatum, sub corpore testitudinis modo extructo fertur, & plexuum tandem non minimam partem constituit, quos secundarum imagini veteres assimilarunt.

A. Corpus testudinis modo extructum, hic inferiori ipsius superficie, quâ tertii ventriculi superiorem constituit sedem, conspicuum. B. portio corporis instar testudinis efformati in dextro ventriculo, à cerebri substantia hic principium ducens. C. portio corporis testudinem forma & usu referentis, quæ ex sinistro cerebri ventriculo pronascitur. D. dexter cerebri ventriculus. E. sinister. F. arteria per inferiorem posteriemque dextri ventriculi sedem a dextræ soporalis arteriæ ramo, duram cerebri membranum perforante, huc in dextrum ventriculum conscendens. G. arteria in sinistrum cerebri conscendens ventriculum. H. vas à quarto duræ cerebri membranæ sinu principium ducens, ac sub corpore instar testudinis efformato, in communem dextri & sinistri ventriculorum cavitatem, seu tertium ventriculum properans, totoque incessu miris modis implexum. I. vasis H. insigniti in duas portiones divisio. K. vasis. H. insigniti divisio.

fig. II. D. E. F. G. H. I. L. M. N. O.) attigisse, quin imo illorum Sinus *posteriores* adumbrasse (M. *. *Fig.* XII. Tab. IV.), & *anteriores*, densâ quam apposuit umbrâ in L., indicasse videtur, & indicare voluit in F. (*fig.* III. IV. Tab. V.).

portiones divisio. K. vasis H. insigniti divisionis altera portio, dextrum cerebri petens ventriculum. L. portio nuper commemorati vasis, sinistrum accedens cerebri ventriculum. M. plexus dextri ventriculi, secundinarum imagini comparatus, atque ab arteria F. insignita, & vasis H. indicati portione, quam K. notavimus, constitutus. N. plexus sinistrum cerebri ventriculum occupans, ac ex vasis G. & L. insignitis conflatus. O. hujus modi venulæ cerebri substantiæ hic obnascuntur, ab illis productæ vasis, quæ K. & L. notavimus. P. à venis quæ cerebri substantiæ hic offeruntur, ramusculi extra ventriculorum amplitudinem hac ad tenuem cerebri membranam pertinent. Q. meatus ex communi cavitate dextri ac sinistri ventriculorum, seu à tertio cerebri ventriculo recta declivis pertinens versus pelvim, quæ cerebri pituitam excipiens, eam infundibuli modo defert. R. S. Canales sinusve leviter in ventriculorum substantia exsculpti & pituitam ad meatus nuper Q. insigniti orificium deducentes.

Figura III.

Præsens figura à proximè præcedentibus plurimum variat. In hac namque ea cerebri substantia, quam in illis adhuc ex sectionis serie reliqueramus, pars ablata cernitur, quæ dextri sinistrique ventriculorum sedem in illis figuris conspicuam efformabat. dein tota quoque cerebri portio, quæ cerebello adhuc innitebatur, hic quoque resecta est: ut duræ membranæ occurreret processus, cerebellum ac cerebrum intercedens. insuper duræ membranæ hic consistentes sinus etiam hac figura aperuimus: & vas à quarto duræ membranæ sinu in cerebri ventriculos pertinens, ex tertio cerebri ventriculo sublevatum & a plexibus secundinæ similibus avulsum in posteriora reflevimus: ut tertii cerebri ventriculi, seu communis dextri sinistrique ventriculorum concavitatis sedes in conspectum melius veniret, una cum ejus cavitatis meatibus.

A. cerebri substantiæ adhuc in calvaria reliquæ dextra pars. B. cerebri substantiæ adhuc in calvaria asservatæ sinistra pars. C. lineæ hic passim obviæ, illis correspondent, quas tres modo præcedentes figuræ similiter commonstrarunt. Verum quia hujusmodi lineæ substantiæve cerebri diversitas inibi duntaxat consistit, ubi cerebrum tenui membranæ vicinius est, præcedentes figuræ eam solum in lateribus ostenderunt: hæc autem, quum tantam cerebri portionem ablatam habeat, ut jam apparens superficies in basi non procul a tenui membrana distet, etiam hoc cerebri substantiæ in colore discrimen, & dictæ nunc lineæ in basi D. spectantur quod itaque lineis hic intercipitur ac D. insignitur subluteum est, & subpallidum; quod vero extra lineas consistit, cuique E. inscribitur, album est prosusque candicans. F. portio soporalis arteriæ, secundum humiliorem angustioremque dextri ventriculi sedem sursum ad plexus secundinas imitantis constitutionem prorepens. Cæterum si perpenderis, quanam sede hic F. reponatur, & quanam in præcedenti figura occurrat, promptè observabis, qui dexter cerebri ventriculus (quemadmodum & sinister) ex posteriori sua sede, instar cornu arctactus, deorsum in anteriora per cerebri substantiam ducatur. Hic namque, ubi plus substantiæ cerebri, quam in sexta figura abstulimus, præsens arteriæ portio F. notata antrorsum magis vergit, quam F. in sexta, eamdem quoque insinuans arteriæ portionem, ubi jam posteriorem ventriculi sedem conscendit, atque id F. & G. subsequentis figuræ magis liquido ostendunt, in qua hujus ventriculi ductus nomine, adhuc plus cerebri substantiæ, quam in hac quæ ordine septima est, abstuli. G. arteriæ soporalis portio, secundum humiliorem posterioremque sinistri ventriculi sedem sursum prorepens. H. humillima sedes tertii ventriculi: quam, ut aptius cerneretur, nonihil distentam finximus. I. meatus recta declivis ex tertio cerebri ventriculo pertinens, cerebrique pituitam ad pelvim huic excipiendæ paratam deferens. K. meatus ex tertio cerebri ventriculo inter cerebri testes natesque in cavitatem cerebello & dorsali medullæ communem pertinens. L. glandula nuci pineæ non absimilis & vasorum ex quarto duræ membranæ sinu cerebrum petentium fulcrum. M. N. hanc cerebri partem, tenui adhuc membrana cerebri obductam, testes & nates cerebri appellamus. O. duræ cerebri membranæ processus, portiove, inter cerebellum & cerebrum reposita. Qui hanc accedunt, aut per ipsam excurrunt instar venarum ductus, partim à primo secundoque duræ membranæ sinibus, partim verò à quarto pronascuntur. P. duræ cerebri membranæ dexter, seu primus sinus. Q. Q. secundus. R. primi & secundi duræ membranæ sinuum congressus, quem Græcorum nonnulli *Torcular* appellarunt. S. principium tertii duræ membranæ sinus. T. quartus duræ membranæ sinus, similiter atque alii hic per sectionem adapertus. V. vas à quarto sinu duræ membranæ in cerebri ventriculos porrectum, hic autem in posteriora ex sua sede reflexum. X. hac sede cerebellum dura cerebri membrana non obtectum sese offert. Y. ductus venarum modo à quarto duræ cerebri membranæ sinu in te-

Primus & solus hactenus, ventriculorum anteriorum parietem superiorem (N. K. fig. XIII. Tab. IV.) repræsentare tentavit, modumq; in varias harum cavitatum partes exhibendas optimum servavit.

nuem membranam pertinentes, qua cerebellum ipsique cerebri testes induuntur. Z. duræ membranæ sedes, qua ossi omnium totius corporis ossium durissimo, & auditus organum intus continenti, adnascitur. Hanc namque calvariæ regionem incumbente ipsi cerebro deteximus.

Figura IV.

Illa figura à præcedenti in hoc variat, quod hic adhuc cerebri plus resecuerimus, & cerebri testes longa sectione in hoc diviserimus, ut meatus occurreret ex tertio ventriculo in quartum pertinens. Ad hæc duræ membranæ portio cerebello obducta, hic dissecta, atque in posteriora reflexa cernitur. Quum itaque præsens figura pleraque cum præcedenti habeat communia, in hac A. A. & B. B. & C. C. & D. D. & E. E. ad H., & F. & G. & H. idem quod in præcedenti indicant; verum arteriæ F. & G. insignitæ, tanto magis hic quam in præcedenti antrorsum vergunt, quanto magis cerebrum versus basim in præcedenti quam in 2. ablatum est.

I. Meatus recta declivis descendens, cerebrique pituitam ad pelvim deferens. K. meatus pituitæ deducendæ paratus, qui interdum ab illo deducitur meatu, qui ex tertio ventriculo inter testes in quartum ventriculum pertinet. ne L. in umbra prorsus latitaret, aut si suo poneretur loco, & ejus nomine, quod in conspectu esset, umbra veniret exsculpenda, itaque delineatio hic omnino vitianda, id L. ad anteriorem cerebelli partem reposui, foramen meatumque notaturus qui ex tertio cerebri ventriculo in quartum fertur. M. glandulam hic adhuc reliquimus quæ pineæ nucis formam ostendens, vasorum ex quarto duræ membranæ sinu in cerebri ventriculos pertinentium fulcrum efficitur. N. O. P. Q. quatuor his characteribus corpus id indicatur quod ante sectionem unicum est, atque in 3. figura M. & N. insignitur: hic vero ex sectionis serie divisum diductumque occurrit. N. & O. ejus corporis sedes indicant, quibus testium nomen accomodatur. P. vero & Q. illas insinuant sedes, quas nates fere nuncupamus. R. cerebellum tenui adhuc obductum membrana. S. vasa, venarum modo tenuem cerebelli membranam implicantia. T. propagines vasorum tenuem cerebelli membranam implicantium, ad eas producta arterias quæ secundum dextri & sinistri ventriculorum cerebri posteriora sursum conscendunt, plexus efformaturæ, quos secundinæ dissectionum proceres contulerunt. V. V. duræ membranæ processus, qui superiorem cerebelli sedem à cerebro dirimebat. X. propagines notantur à vasis, dictum nuper duræ membranæ processum implicantibus, in tenuem membranam, qua cerebellum vestitur, excurrentes. idem hic Z. & Z. notant, quod in 3. figura: duram videlicet cerebri membranam, ossi adnatam, in quod auditus organum reponitur.

Figura V.

In hac figura, eadem cerebri portio, quæ in præcedenti, servatur, verum præsens figura in faciem prorsus reposita, eum duræ membranæ processum abscissum habet, qui cerebrum à cerebello dirimit. Deinde cerebellum hic deorsum è sua calvariæ sede manibus protractum, ac deorsum modice inversum propendet; ut ipsius regio calvariæ alias contigua, oculis subjiceretur, & dorsalis medullæ cavitas videretur, alteram quarti ventriculi partem constituens. Ad hæc, præter venarum quarumdam & nervorum progressus, etiam primus & secundus duræ membranæ sinus hic aperti adamussim exprimuntur.

A. Cerebri portio adhuc in calvariæ amplitudine reliqua, & hic in sua sede adhuc asservata. B. C. D. tribus his caracteribus cerebellum deorsum ex sua sede reflexum indicatur, tenui membrana adhuc involutum; ac dorsali medullæ connatum. verum B. privatim cerebelli dextram indicat sedem, calvariæ sinui P. notando correspondentem: D. vero sinistram, quæ illi calvariæ sedi insidet, cui R. inscribam. C. autem cerebelli media pars insignitur, vermi non absimilis, & suis finibus eos constituens processus, quos vermium imagini comparamus. E. posterior terminus mediæ partis cerebelli, qui vermiformium processuum posterior recensebitur. F. G. H. dorsalis medullæ pars, adhuc in calvaria consistens, ac F. & G. hujus partis seu dorsalis medullæ sedes indicant, quibus cerebellum connascitur. H. vero sedem dorsalis medullæ significat, è calvariæ amplitudine procidentem. I. dorsalis medullæ sinus, calami quo scribimus mucroni non absimilis, ac mediam cavitatem constituens, ventriculi medullæ dorsali & cerebello communis. K. vasa seu ductus venis quam simillimis & hac in cerebellum ab illis vasis pertinentes, quæ in primum & secundum duræ membranæ sinus exhauriuntur. atque ut hi ductus frequentes admodum sunt, ita etiam non semper pari propagantur serie. L. Et hac quoque ductus venæ similis in tenuem cerebelli membranam porrigitur, ab illis vasis quæ hac in parte duram cerebri

Ex iis quæ in (TAB. V.) H. L. K. (*fig.* III.) H. I. K. L. (*fig.* IV.) B. C. (*fig.* VI.) C. D. (*fig.* VII.) E. F. (*fig.* X.) A. B. (*fig.* XI. XII.) exibet, ipsi tertii ventriculi diversas partes notas (*infundibulum* scilicet, & *meatum* à tertio in quartum ventriculum,) fuisse, illas vero parum ad naturam repræsentasse, manifestum est.

Quid boni in ventriculi quarti delinatione præstiterit, TABULÆ V. *fig.* V. VI. VII.

membranam intertexunt. M. quintum cerebri nervorum par. N. sextum. O. septimum. atque hic videre est, quod surculis duo postrema cerebri nervorum paria principium à dorsalis medullæ initio, nequaquam vero à cerebello, ducant. P. Q. R. sinus occipitis ossis quibus correspondet cerebelli figura. nam B. cerebello inscriptum, P. congruit C. autem. Q., D. vero R.. S. dexter seu primus duræ membranæ sinus, hic cultelli mucrone adapertus. T. sinister seu secundus duræ membranæ sinus. in nulla autem cerebri delineationum, horum sinuum incessus ita conspicue, ac in præsenti, oculis subjicitur.

FIGURA VI.

HAc figura eam cerebri portionem expressimus, quæ dorsalis medullæ educit initium: dein cerebellum a dorsalis medullæ hic conspicua parte ademptum est: & cerebri testes, & nates, & glans, pineæ nucis imaginem referens. ac postremo cavitas ea dorsalis medullæ, quæ cum cerebelli cavitate quartum cerebri efformat ventriculum, hic pariter exprimuntur.

A. Cerebri pars, dorsalem producens medullam, hicque ex reliquo cerebro resecta. B. meatus ex tertio cerebri ventriculo in quartum sub cerebri natibus tendens: cujus terminum, in quartum pertinentem ventriculum C. insignivi. D. cerebri glans, nucis pineæ imagini à dissectionis professionibus assimilata. E. F. G. H. his caracteribus, cerebri testes ac nates indicantur. Videntur namque dissectionis proceres gratia lineæ inter E. & F., & inter G. & H. conspicuæ, superiora tubera E. & G. insignita ab inferioribus F. & H. notatis distinxisse; ac superiora testes vocavisse, quod illis glans, penis quasi modo incumbit: inferiora autem, nates, quod meatus ex tertio ventriculo in quartum pertinentis terminus, podici conferri possit. I. K. sedes duæ, quibus dorsalis medullæ initium cerebello adnascitur. L. M. N. O. cavitatas dorsalis medullæ initii, alteram partem quarti ventriculi constituens, calamique cavitati assimilata, quam scribentes atramento intingimus. Sedes enim L. insignita, ejus calami cavitatis parti respondet, quæ indici scribentis proxima est; M. autem & N. angulis illis assimilari possunt quæ in cavitatis calami lateribus consistunt. O. vero mucronem, quo caracteres formamus exprimit. P. dorsalis medulla hic præsecta est, qua in vertebras procidens, calvariam egreditur.

FIGURA VII.

HAc figura cerebellum à calvaria, ipsaque adeo dorsali medulla avulsum & supinum jacet, humiliorem suam sedem qua dorsalem spectat medullam commonstrans. Ac proinde regiones ipsius, quibus dorsali medullæ continuatur, ac sinum insuper ostendit, qui alteram portionem efformat quarti ventriculi, cerebello & dorsali medullæ communis. Porro ad humilionem præsentis figuræ sedem, tanquam ex alio quovis cerebello exsectos pinximus fines mediæ partis cerebelli, ut exactius processuum vermis imaginem referentium natura consp iceretur.

A. Dextra cerebelli pars, tenui membrana cerebellum investienti liberum, uti etiam totum cerebellum hic ea membrana denudatum apparet. B. sinistra cerebelli pars. C. c. media cerebelli pars. ac C. notat hujus partis anteriorem regionem. c. vero posteriorem. D. d. fines terminique mediæ partis cerebelli: quorum anteriorem D. indicat, posteriorem verò d.. E. cerebelli sinus, qui cum dorsalis medullæ sinu quartum ventriculum constituit. G. his sedibus cerebellum dorsali medullæ adnascitur. H. anterior finis mediæ partis cerebelli hic, ac si ab alio cerebello is resectus esset, expressus. I. Posterior finis mediæ partis cerebelli, à quopiam cerebello exsectus.

FIGURA VIII.

HÆc figura occipitio prorsus innititur: universaque cerebri substantia, quæ adhuc reliqua erat, in posteriora deorsum deflexa pendet: ut olfactus organa & coitus visoriorum nervorum, & maximi soporalis arteriæ rami, in conspectum venirent.

A. Dextra cerebri pars, quam adhuc tenuis cerebri obtegit membrana. B. sinistra cerebri pars. C. cerebri tubera, à papillarum similitudine mamillares processus nuncupata. D. sinus seu sedes olfactus organis paratæ. E. septum, olfactus organis paratas sedes interdividens. F. sinus calvariæ quibus mamillares cerebri processus C. & C. insigniti congruunt. G. utrinque notatur vena calvariam ingredientium sexta. H. quinta. I vas venæ correspondens, quod in tenuem cerebri membranam a vasis excurrit in dura membrana consistentibus. K. principium eorum ductuum, qui per duræ membranæ latus excurrunt, perinde ac si venæ essent arteriis commissæ. L. olfactus organa, hic una cum cerebro à dura membrana deorsum divulsa. M.

indicant, ubi in B. C. L. M. N. O. (*fig.* VI.) ventriculi illius pars anterior, in E. (*fig.* VII.) posterior, in I. (*fig.* V.) calamus scriptorius, licet ad naturam, ruditer tamen expressi sunt, & vix rem exibent.

Vesalianis iconibus illis, vel omnibus, vel partim, usi sunt GEMINI, VALVERDA, PARÆUS, VICARI, GREVINUS, PLANTINUS, *Salomon* ALBERTUS, PLATERUS, BAUHINUS, GUILLIMÆUS, LAURENTIUS, VIDIUS, PAW, *R*IVA, REMMELINUS,

nervorum visoriorum coitus. N. visorius nervus, dextrum petens oculum. O. visorius nervus, sinistrum petens oculum. P. soporalis arteriæ ramus, duram cerebri membranam perforans, ad latus glandis cerebri pituitam excipientis. Q. arteriæ P. notatæ propago, dextrum accedens cerebri ventriculum. R. arteriæ P. notatæ propago, hic in tenuem cerebri membranam sparsa. S. portio pelvis, cerebri pituitam excipientis.

FIGURA IX.

CAput hic in sinistram aurem reclinatum jacet, calvariæ cavitatis basim exprimens, dura cerebri membrana adhuc succinctam. Atque tanta nunc duntaxat cerebri dorsalisque medullæ asservatur portio, quanta cerebri nervorum paribus videndis sufficit. Visoriorum porrò nervorum exortum coitumque resecui, ne pelvis nimium lateret, quo cerebri pituita excipitur.

A. Modica cerebri portio, una cum dorsalis medullæ initio. B. nervi visorii, ea parte hic tantùm conspicui, qua calvariæ cavitatem egrediuntur. C. Pelvis, cerebri pituitam excipiens. D. hic in pelvim petinet meatus, cerebri pituitam ex tertio ventriculo deducens. E. dextræ suporalis arteriæ ramus, duram membranam ad latus dextrum glandis perforans, qua cerebri pituita excipitur. F. sinistræ soporalis arteriæ ramus, duram cerebri membranam perforans. G. secundum cerebri nervorum par. H. tertii paris nervorum cerebri gracilior radix. I. tertii paris nervorum cerebri crassior radix. K. quartum nervorum cerebri par, tertii paris crassiori radici conterminum. L. minor radix quinti paris nervorum cerebri. M. quintum nervorum cerebri par, seu major quinti paris radix. N. sexti paris nervorum cerebri principia ac surculi. O. septimi paris nervorum cerebri principia ac surculi. Si quid in hac figura spectandum sit reliquum, id absque characterum opera prompte, vel ex proxime præcedentibus figuris percipitur.

FIGURA X.

PRæsenti figura portionem eam cavitatis calvariæ dura cerebri membrana adhuc succinctam depinximus, quæ supra ossis cuneum imitantis medium habet.r, una cum modo indicandis organis. abs re namque fuisset, integrum caput harum particularum gratia delineare.

A. Nervorum visoriorum portiones. C. sinistri lateris arteria, quæ duram membranam hic perforans, partim in tenuem cerebri membranam partim vero in dextrum cerebri ventriculum digeritur. D. dextri lateris arteria. E. hic pelvis collecta, & à tenui membrana cerebri omnino divulsa, propendet, qua cerebri pituita ex tertio illius defluens ventriculo excipitur. F. foramen, quo pelvis infundibuli modo extructæ finis glandem petit, cerebri pituitam excipientem. G. secundi paris nervorum cerebri portiones.

FIGURA XI.

HAc figura nudam depinximus glandem, quà cerebri pituita excipitur, una cum pelvi, seu infundibulo, quo pituita huc defertur, quodque hic flaccidum propendet. a lateribus vero, arteriarum soporalium portiones, quæ reticularem plexum efformare dicuntur, ita hic expressimus, uti nobis inter secandum occurrere. Atque ut eæ, arteriarum portiones sese variæ secantibus offerunt, ita quoque varie eas delineavimus.

A. Glans cerebri pituitam excipiens. *B*. pelvis, seu infundibulum cerebri pituitam super modo dictam glandem deferens. C. arteriarum portio, quæ secundum foraminis ipsius gratia in calvaria exsculptum ductum oblique fertur. D. sinistræ arteriæ ramus in duræ cerebri membranæ sinistrum latus excurrens. E. arteriæ sinistræ portio, per proprium foramen ad narium usque amplitudinem pertingens. F. his sedibus diversam arteriarum sedem delineavimus, ad dextrum quidem F. arteriam notat ea seriem ductam, ut hic in ramos non dirimatur, sinistrum autem F. arteriam hanc in duos ramos, qui mox in unum rursus coeunt, dissectam insinuat. G. arteriæ sinistræ portio duram cerebri perreptans membranam, ac partim in sinistrum cerebri ventriculum, partim in tenuem membranam hic cerebri basi obductam digesta. H. propago sinistræ arteriæ, per foramen secundi paris nervorum cerebri calvariam egrediens, ac nervum dein visorium oculumque pentens.

FIGURA XII.

PArva hac figura erectam finximus pelvim seu Cyathum, quo cerebri pituita in glandem ipsi subditam distillat. Ac dein hic finximus quatuor ductus, à glande pituitam per proxima glandi foramina A. B. C. &c. *deferentes.*

CROOKE, *Casparus* BARTHOLINUS, *Gregorius* HORSTIUS, &c. mirumque in modum illas plus aut minus depravaverunt, præsertim LAURENTIUS, ALBERTUS, PARÆUS, &c.

VESALIUM proxime subsequens EUSTACHIUS, Vesalianis adjutus, in Anatomia minutiori idcirco versatior, illas etiam partes delineare suscepit.[e]

Indicet igitur A. glandem, cui pituita instillatur. B. pelvim qua hæc ducitur. C. vero & D. E. F. meatus ad faciliorem pituitæ huc decumbentis egressum paratos.

e *Figurarum* XIII. TAB. V., I. II. III. TAB. VI., III. TAB. XI., *quæ* EUSTACHII *sunt*, *interpretatio ex* ALBINO.

Figura XIII. TAB. V.

A. A. A. A. Hinc resecta cerebri pars superior, secundum ventriculos anteriores. C. C. pars ventriculorum anteriorum. D. fornix cujus E. pars prior recisa. F. F. crura fornicis. G. G. thalami nervorum opticorum. K. continuitas nervorum opticorum. L. L. nervi optici.

Figura I. TAB. VI.

CErebri parte superiore ex transverso ad ventriculos anteriores resecta, pars inferior exibita, qua parte secta est.

A. A. Cerebri lobi anteriores. B. B. posteriores. C. C. &c. cortex cerebri incisus una cum medullæ partibus, quæ ipsi interfertæ. D. &c. media medulla incisa. E. pars aqua corpus callosum resectum. F. G. H. ventriculi anteriores cerebri. G. corpora striata. H. plexus choroïdei per quos venæ decurrunt, crebro conjungentes se inter se; quæ è ventriculis anterioribus oriuntur. Indicati rami, tum qui è priore parte ventriculorum veniunt, tum qui è posteriore, tum qui è corporibus striatis.

Figura II. TAB. VI.

HAec figura proximæ præcedenti in universum respondet; hoc autem differt quod fornix à priori parte resecta, ac deinde cum plexibus choroïdeis, venisque quas plexus illi sustinent, in posteriora reflexa sit.

A. Percissæ fornicis pars prior. B. fornicis pars, quæ à parte priore A. abscissa. C. fornicis in posteriora reflexæ pars inferior. D. plexuum choroïdeorum, una cum fornice in posteriora reflexorum, ramis suis unitæ inter se; posteaque abeunt in truncos E. qui subeunt fornicis partem priorem ac deinde F. sub fornice retrorsum incedunt ad sinum quartum duræ matris, hoc in decursu conjungentes se ramis suis, occurrentesque per plexum sub fornice locatum. G. cerebellum ut videtur. H. testes. I. nates. K. glandula pinealis. L. fissura inter thalamos nervorum opticorum. N. corpora striata.

Figura III. TAB. VI.

CErebrum à parte inferiore.

A. Hinc cerebri pars inferior à lobis mediis usque ad posteriores resecta secundum medios ventriculos anteriores. B. ventriculorum anteriorum, qua parte & in lobos posteriores cerebri, & in medios pertinent lacunaria. C. D. lobi anteriores cerebri. D. paries, quibus alter alteram contingit; hic diducti aliquantum ab inferiore parte lobi apparentes. E. processus mamillares cerebri quorum dexter recisus. F. fornicis & G. corporis callosi pars inferior, non distincta fornix à corpore calloso. H. radices fornicis. *I.* portio transversa, qua radices fornicis conjunctæ. Inter portionem illam & radices fornicis spatium triangulare. K. L. M. nervi optici: percissa continuitate eorum, á se mutuo in latera deducti. K. partes eorum, quæ crura medullæ oblongatæ ambiunt. L. continuitas perscissa. N. crura medullæ oblongatæ recisa. O. P. thalami opticorum à se mutuo separati & deducti. O. pars eorum, qua supra ventriculum tertium conjuncti sunt Perscissa. hæ sectæ sunt superficies, à se mutuo deductæ.

Figura III. TAB. XI.

A. Cerebellum à superiore parte, mediam autem per longitudinem capitis in duas partes æquales dissectum, deductæque partes illæ à se invicem. B. C. D. cerebelli partes sectæ: in quibus C. &c. medullæ ramosus e cortice ortus. D. trunci in quos medulla cerebelli colligitur, ad medullam oblongatam accedentes. E. truncorum, in quos medulla cerebelli colligitur, partes, quæ accedunt ad medullæ oblongatæ partem priorem. F. partes, quæ ad posteriorem. G. H. crura medullæ oblongatæ hic resecta. I. glandula pinealis. K. nates. L. testes. M. N. nervi paris quarti pathetici vulgo M. à medulla oblongata pone testes orientes. *Nervi qui prope nates oriuntur*, oss. exam. O. P. pars medullæ oblongatæ, quæ subjecta cerebello superimminenti, cum eo efficit ventriculum quartum. P. incisura in ea parte quæ calamus scriptorius dicitur. Q. medulla spinalis à parte posteriore. R. cauda equina. 1. 2. &c. Nervi spinales e medulla orientes. S. T. radices quibus nervi à medulla spinali oriuntur; quarum

TAB. IV



Fig. 1.




Fig. 2.




Fig. 3.




Fig. 5.




Fig. 13




Fig. 4.




Fig. 6.



Fig. 12



Fig. 9.




Fig. 8




Fig. 7.




Fig. 11.




Fig. 10.

TAB. V.

Fig. 1.




Fig. 2.



Fig. 3.



Fig. 8.




Fig. 4.



Fig. 9.



Fig. 5.



Fig. 6.



Fig. 11.




Fig. 12.




Fig. 10.



Fig. 7.



Fig. 13.



M. Reboul Sculp.

Eustachii icones vesalianis magis perpolitæ & concinnæ, minus vero ad naturam exibitæ, illam tamen magis patefacere videntur. Ventriculorum *superiorum* formam, Vesalio minus rectè exibuit; illorum tamen Sinus *anteriores* & *posteriores*, horum scilicet sinuum parietes tum superiores tum inferiores (C. F. *fig.* XIII. Tab. V., B. B. *fig.* III., F. F. *fig.* I. II. Tab. VI.,) primus delineavit; illos nempe sinus in basi Cerebri apertos ostendit, sinumque posteriorem sinistrum quandoque dextro capaciorem esse, observasse (F. F. *fig.* I. II. Tab. VI.) videtur. Ventriculum *tertium* Vesalio rectius indicavit, quartumque ita repræsentavit, ut perpaucis felicius exibere, bene cesserit.

Eustachii icones interpretati sunt Lancisius, Mangetus, Albinus, &c. Albiniana explicatio cœteris perfectior.

Non solum nihil novi in cavitatum Cerebri & Cerebelli delineatione præstitit Varolius, sed etiam ventriculorum anteriorum sinus tum anteriores cum posteriores [f] (*Licet hos pingendos sibi præcipuè proponeret*) ita obscure indicavit, ut vix illos agnosceres.

In eo tamen laudandus, quod, cum Eustachianæ tabulæ lucem nondum aspexissent, primus illos sinus assignare tentaverit.

Ipsius figuris usus est Bauhinus, *Greg.* Horstius, &c..

Cortesium Varolio subjungimus, quod Cerebri interiora juxta Varolii Methodum delineanda in se susceperit. laudandi viri conatus, licet nihil inde utilis evenerit arti ana-

rum aliæ S. nascuntur è posteriore parte medullæ spinalis: aliæ T. è priore, ex quo reliquorum intelligi possunt.

f

Fig. IV. Tab. VI. ex Varolio.

H*Aec figura ostendit basim cerebri denudatam a calvaria & dura membrana, cujus pars sinistra demonstrat originem spinalis medullæ atque septem parium nervorum secundum communem anatomicorum sententiam. pars dextra ostendit veram originem medullæ, & aliorum.*

Partis sinistræ declaratio numeris tradita. 1. Origo nervis opticis communiter ascripta. 2. Origo nervorum, qui petunt musculos oculorum secundum communem, aliorum sententiam. 3. 4. 5. 6. 7. nervi omnes, quorum originem inquit Vesalius esse ex principio spinalis medullæ. 8. locus, unde instrumento olfactus ducunt suum principium juxta communem opinionem. 9. 9. principium spinalis medullæ reliquis anatomicis cognitum. 10. 11. prominentia media cerebri. 12. 13. confinia prominentiæ anterioris, & supremæ cerebri cum media, quas prominentias crediderunt alii esse sibimet continuas in angulo formato inter 10. 11. & 12. 13. ubi revera sunt tantum contiguæ, ut patet in dextra parte figuræ.

Partis dextræ declaratio elementis tradita.

a. b. Tota portio nervorum opticorum cæteris anatomicis ignota, & ubi b. est reflexio prædicti nervi in posteriori parte spinalis medullæ. c. d. par secundi paris nervorum, quam non observarunt alii, & d. primum ortum ejusdem nervi. e. f. primus spinalis medullæ, ex cerebro ortus. Totum autem id, quod est inter e. f. & g. fuit reliquis dissectoribus ocultum. h. processus transversalis cerebelli, qui dicitur pons. i. origo nervi auditus ex ponte cerebelli. k. l. ductus instrumenti olfactus latitans inter supremam, & mediam cerebri prominentiam, & ubi k. ibi est prima ejusdem instrumenti origo. m. media cerebri prominentia a reliquo cerebro dissecta. n. principium posterioris prominentiæ cerebri, unde dissecta fuit media. o. p. cavitas ventriculi, quæ reflectitur ad prominentiam mediam. q. r. s. pars superioris prominentiæ cerebri cui media adhæret contigua. t. intercussatio, quam facit nervus opticus cum nervo musculos oculi petente.

Fig. V. Tab. VI. ex Varolio.

H*Aec figura ostendit partes cerebri in sua basi tum invicem distractas, tum simul conjunctas, ostenditque ventriculos, & reliqua omnia in epistola contenta, quæ in prima figura repræsentari non potuerunt, &c.*

Partis sinistræ declaratio numeris tradita, in illa figura. 1. 2. 3. Dimidium spinalis medullæ lateris sinistri & in suum latus distractum. 4. 5. ejusdem medullæ ingressus ad ventriculum sinistrum. 6. Portio spinalis medullæ ex cerebello nascens. 7. nervus opticus in posteriori regione spinalis medullæ reflexus, & ventriculi cavitatem ingrediens. 8. 9. 10. pars sinistra cerebelli, a qua remota est pars dextra. 11. 12. Rima ingrediens sinistrum ventriculum partim formata a corpore fornicis imaginem referente, partim ab intimiore spinalis medullæ parte. 13. 14. Tota pars cerebri qua simul junguntur dextrum cum sinistro, cujus pars opposita huic, quæ conspicitur dicitur corpus callosum.

Partis dextræ declaratio.

a. Pars dextra spinalis medullæ in suum latus, sursumque reflexa, ita, ut conspiciatur illa pars sui ortus, quæ respicit cavum ventriculi. b. c. Spinalis medullæ principium cavum ventriculi

tomicæ, parumque (ut plerique qui de Anatomicis ſcribunt) in ea verſatum fuiſſe, appareat. Quid ſignificent ipſius icones, etiam earum explicationis ope g, difficillimum eſt interpretari.

reſpiciens. d. e. Nervus opticus reflexus circa radicem ſpinalis medullæ, &c. oſtendit illius primam originem. f. g. h. Tota ventriculi cavitas. f. autem indicat cavitatem exculptam in prominentia anteriori. g. in prominentia media, & h. in prominentia poſteriori. i. k. Plexus glanduloſus, qui dicitur retiformis, deductus circa radicem ſpinalis medullæ. l. m. Portio baſis cerebri conſtituens cum ſpinali medulla rimam ingredientem ventriculum. n. o. Tota longitudino corporis conjungentis ſimul ambas cerebri portiones magnas in dextra parte.

g *Fig.* VI. Tab. VI. ex Cortesio.

Figura hæc cerebrum oſtendit pluribus modis adminiſtratum, ut facilius conſpiciatur cavitas illa utrinque in monticulis excavata; primo enim medulla ſpinalis in duas partes ſimul cum cerebello per longitudinem diviſa eſt, portione utrinque ad cerebellum relicta, & ad latera literis C. C. C. C. *notata, inverſa; deinde monticuli ſectione à cerebro diviſi, & ad poſteriorem partem propulſi; tertio membrana dura ea ratione adminiſtrata eſt, ut primus, ſecundus, & quartus ipſius ſinus (qui alio adminiſtrandi modo videri nequeunt) demonſtrari poſſint; tertius videri non proteſt hac adminiſtrandi ratione.*

A. Univerſa moles cerebri. B. Partes cerebelli ad latera inverſi, & per medium diſſecti. C. ſpinalis medullæ portio in duas partes ſecundum longitudinem diviſa, ad lateraque ſimul cum ſua parte cerebelli extenſa. D. termini ſunt ſectionis factæ, qua monticuli à cerebro diviſi in partem poſteriorem H. pelluntur, ut inde cavitas in illis inſculpta, quæ literis duobus I. I. notatur, videri facilius poſſit; univerſa vero cavitas utrinque duplici I. I. deſignatur. E. ſeptum illud denotatur, lapis ſpecularis nomine, quod ſecundum corporis calloſi (illi ſubjecti) longitudinem cavitatem anteriorem capitis in duas dirimit partes æquales. F. plexus choroïdes per totam cerebelli cavitatis longitudinem diſſeminati, & a rete admirabili appellato prodeuntes. H. ſpinalis medullæ caudicis principium, quod à cerebro in duas partes per longitudinem diviſum. I. Nervorum ſecundi paris principium, pulchrè ſejunctim, quod conjunctim in ſecunda figura oſtenditur. Omnes anatomici exiſtimarunt illud à cerebro ortus ducere, cum tamen à ſpinali medulla, qua fornicem efficit, exoriri ipſa anatome luce clarius oſtendat. N. ductus ad mamillares vocatos proceſſus. O. Primus, & ſecundus membranæ ſinus. P. membrana dura à cerebro exempta, & ad mediam cerebri partem deorſum pendens, ut illius ſinus contemplari poſſimus. Q. quartus membranæ ſinus. R. conarion, ſeu corpus conoïdes glandulæ pineali aſſimilatum, reti veluti implicitum. S. plexus ille retiformis venarum ſciſſarum inſtar, à quibus plexus choroïdes originem ducunt. T. ventriculorum anteriorum magnitudo, cujus anterior pars, quæ à lapide ſpeculari in duas dividitur partes, utrinque unico T. denotatur, poſterior vero, quæ in monticulis excavata eſt, duplici demonſtratur T. T. V. poſterior calloſi corporis terminus. X. anterior ejuſdem corporis terminus.

Fig. VII. Tab. VI. ex Cortesio.

In hac figura ſpinalis medulla cum cerebello ſectione ablata eſt, ut cavitas tota cerebri videri facilius poſſit, cerebro undique manibus ad latera agiliter abſque laceratione pulſo.

A. Cerebri poſterior regio, membranâ deſtituta. B. anterior cerebri regio. C. cavitatis cerebri figura, & magnitudo; poſteriores C. C. eam cavitatem demonſtrant, quæ in monticulis ſupra aurium regionem exculpta eſt, & in communi adminiſtrandi modo demonſtrari minimè poteſt. D. corporis calloſi principium. E. corporis calloſi finis, qua plexus choroïdes ejus cavitatem ingrediuntur. F. Ductus choroïdum per omnem cavitatem extenſi. G. conarion glandula nucis pineæ formam præ ſe ferens, quæ in præcedenti figura reti implicita oſtenditur litera R. H. ſpinalis medullæ proceſſus cultro ſecti, quaſi medio cavitatis relicti, quorum circumuolutionem *Julius-Ceſar* Arantius peritiſſimus Anatomicus appellare conſueverat *hyppocampum*. I. nervorum opticorum progreſſus ad anteriora. L. Eorumdem nervorum principia à poſteriori parti ſpinalis medullæ prodeuntia.

Fig. VIII. Tab. VI. ex Cortesio.

Hæc duæ figuræ ſequentes ventriculorum anteriorum magnitudinem, & figuram demonſtrant, dura piaque membrana ſeparata, ſoliſque manibus utraque cerebri parte deducta, quæ in duas dividitur partes, in ſubſtantiam cerebri & ipſius cavitatem, hæc tamen adminiſtrata eſt cerebro in calva toto exiſtente.

A. Cerebri univerſa ſubſtantia ad latera manibus pulſa. B. ventriculorum anterior portio. C. eorumdem poſterior pars à ſepto minimè diviſa in ea cerebri parte exculpta, quæ eſt ad occiput. D. veſtigia demonſtrantur horum ventriculorum ad aures revoluta, quæ in aliis figuris pulchrè oſtenſa, præſertim in ſexta, conſpiciun-

Usque nunc decantatis iconibus longe elegantiores sunt Casserii icones. *Cavitates* omnes Cerebri & Cerebelli pingere agressus est [i].

tur. E. F. corporis callosi longitudo, cujus anterior pars E. posterior F. denotatur, sub qua fornix reperitur, eodem corpore calloso sublevato, ab anteriori ejus, atque ad posteriorem inverso. G. plexuum choroïdum ductus sub corpore calloso à fornice exeuntes, & ad eam ventriculorum cavitatem, quæ ad aures exporrecta est, permeantes.

Fig. IX. Tab. VI. ex Cortesio.

H*Aec à superiori parum evariat, nisi quod posterior pars cerebri extra ossis limites producta est, processusque illi, quos munticulos appellavimus, extra ducti aliquo modo suam ostendunt cavitatem.*

A. Cerebri moles ad latera propulsa, ac manibus quo ad fieri potuit, citra lacerationem dilatata. B. ventriculorum anterior pars. C. eorumdem posterior regio. D. principium cavitatis, quæ ad aures revoluitur. E. corpus callosum, cujus E. anterior, F. posterior denotatur regio. G. nervorum opticorum progressus ad anteriora, adhuc in cerebri cavitate existentes. H. monticulorum portiones à propriis locis extractæ, extraque calvariam propulsæ. I. processuum choroïdum ductus.

i *Figurarum* TABULÆ VIII., quæ Casserii sunt,

EXPLICATIO ex Bucretio.

Figura I.

A*Blata alta & transversa dissectione magna portione cerebri, intimiores partes, ipsique adeo ventriculi nunc ostenduntur.*

A. Cerebri secti per medium pars dextra. B. ejusdem cerebri pars sinistra. a. puncta rubra quæ apparere solent, in cerebri administratione, nihilque sunt aliud quàm sanguis ex venulis per cerebrum digestis & dissectis, exstillans. C. linea est per medietatem corporis callosi arte ducta, ut vestigium divisionis illius cerebri in dextram sinistramque partem exprimat. D. dextri cerebri ventriculi latera, partim digitis revoluta. E. sinistri ventriculi latera, à se nonnihil diducta. F. duo trunci exigui venularum illarum, per callosum corpus expansi & in tenuem membranam dispersi. G. H. superiores cerebri ventriculi, dexter & sinister, nondum perfectè aperti, oblique tamen anfractuosi, semicirculares, ac tenui membrana obtecti, in sequentibus figuris rectiùs conspiciendi. I. Plexus choroïdes, dextrum cerebri ventriculum percurrentes. K. venulæ graciles, a vasis plexum choroïdem constituentibus deductæ, in sinistro ventriculo nonnihil evidentiores. L. plexus choroïdes sinistrum ventriculum percurrentes. M. portiuncula falcis, versus posteriora retractæ.

Fig. II.

A*Ltiore adhuc sectione facta, & ventriculorum labris nonnihil ad latera deductis, corpus callosum, & subtus speculum, plexusque choroïdes, videndi exhibentur.*

A. Cerebri per medium secti pars dextra. B. ejusdem cerebri pars sinistra. C. linea arte ducta per corpus callosum, ut vestigium appareat divisionis cerebri. D. callosum corpus ad sinistram partem nonnihil deductum, ut speculum, ventriculum dextrum à sinistro separans, aptius demonstretur. E. portio speculi quæ superius calloso corpori, inferiùs fornici adnectitur. F. latera utriusque ventriculi, à propria cerebri substantia, qua tegebantur dissecti. G. fundus, sive inferior ventriculorum cerebri pars, in quo venulæ, à vasis plexum choroïdem constituentibus comparent. H. plexus choroïdes, ex venis & arteriis conflatus. I. portio quædam fornicis, quæ in sequenti figura exactius conspicitur. K. portio falcis, ad posteriora reflexa, variis plexibus corrugata.

Fig. III.

D*Issecto calloso corpore, & versus posteriora retracto, plexus choroïdes integri, simul que ipsorum in cavitatem parvam ingressus demonstrantur, fornix etiam & sub fornicis divisione in loco tenebroso vasa transeuntia, ostenduntur.*

A. Corpus callosum versus posteriora reflexum, ut fornix, subjectæque partes cernantur. B. ventriculi cerebri, sublatis nunc omnibus ipsis incumbentibus partibus, integre, quoad fundum conspicui. C. fornix non tam trianguli, quam duorum cornuum formam, (aut cui rectius comparaveris) Y. literam pythagoricam referens. D. plexus choroïdes utriusque ventriculi eleganter hic conspicui. E. cavitates rotundæ, quas ad inferiora tendentes, plexus choroïdes ingrediuntur. F. rami venularum, quæ per superiorem callosi corporis superficiem expansæ H. H. signo monstratæ sunt, hoc loco à corpore calloso ad anteriora retractæ: calloso dein corpore ad posteriora reflexo cernuntur, ut earum ex infernis partibus ortus conspiciatur. Egressæ enim ex hac cavitate ad superiora ascendunt, & ad posteriorem partem

Nova quam plurima in variarum partium harumce cavitatum delineatione præstitit. Quod ad formam vero illarum spectat, in eo tantum VESALIUM superare videtur, quod ventriculorum lateralium SINUS *posteriores* (*fig.* II. III. IV. V. TAB. VII.), VENTRICULUM *tertium* (*fig.* IV. V. VI. VII. TAB. VII.), felicius expresserit.

tendentes, in corpore calloso (ut diximus) suos hinc inde ramulos spargunt, qui duobus in locis, interventu venæ, per anastomosin, uti literæ a. a. a. perbelle ostendunt, junguntur. G. vas à quarto crassæ membranæ sinu prodiens, ac sub fornice in tenebroso hoc loco in tertium ventriculum admodùm implexe descendens, quod in sequentibus multo melius patebit. H. hæc fissura locum ad os cristosum, necnon spongoïdes pertingentem, ope cujus excrementa cerebri eo defluentia evacuari PLACENTINUS credebat, designat. I. puncta sanguinis ex venulis cerebri exstillantis clarissimè patent.

FIG. IV.

SEparato nunc prorsus calloso corpore, & ejus loco elevata fornice versus posteriora, vasa quæ sub fornice latebant, tùm ventriculi tertii situs ac meatus ab ipso rectà ad pelvim tendens, demonstratur, plexus quoque choroïdes expansi ostenduntur.

A. Utriusque ventriculi tùm dextri quam sinistri fundus & latera. B. fornicis substantia versus posteriora sublevata, sub qua tamen propter plexum choroïdem explicatum, nondum exactè tertius ventriculus conspicitur. C. D. plexus choroïdes expansi, in posteriore sui parte lunarem figuram obtinentes, in anteriore apicem, quo ferme ad foramen anterius tertii ventriculi desinunt. E. vas in duos ramulos divisum de quo figura superiori, litera G. G. dictum est ad tertium ventriculum implicate admodum contendere, tum plexibus choroïdis sese insinuans, tum ramulos per substantiam utriusque superioris ventriculi dispergens. F. foramen, seu meatus profundus tertii ventriculi, ex tenui membrana factus, initio amplo sensim in canalem angustato, quod hic facile videre licet, revolutis particulis tegentibus ad latera. G. extremitates plexus choroïdis.

FIGURA V.

ELevato nunc etiam plexu choroïdè ad superiora, ventriculus tertius ostenditur, remota autem membrana, quæ contenta tegebat uterque ipsius meatus, tam primus, quam posterior, & corpuscula quæ circumposita sunt ut glandula pinealis, nates, testes aptissime demonstrantur.

A. Ventriculorum dextri & sinistri fundus. B. eorumdem latera sive parietes. C. rimæ sive canales leviter in substantia eorumdem ventriculorum exsculpti, ut etiam in aliis figuris apparet, & ad meatum anteriorem tertii ventriculi deducti. D. Sub hoc corpore extuberante vulva sita est. E. meatus anterior tertii ventriculi, in quem excrementa cerebri recepta, ad glandulam pituitariam transmittuntur. F. rima sive tertius ventriculus cum duobus suis meatibus, quibus ab anteriore & posteriore parte terminatur. G. meatus, seu foramen posterius, quod ano simile dicitur, & sub natibus ad quartum ventriculum abit. H. eminentiæ duæ superiores ejusdem cum cerebro substantiæ, sola linea distinctæ, à forma nates dictæ. I. inferiores extuberantiæ ob proximam glandulam, quæ peni à nonnullis comparata, testes nominatæ. K. glandula pinealis, substantia dura constans, membrana tenui tecta, & dicti foraminis principio apposita. L. plexus choroïdes ad superiora reflexi. M. falx ad posteriora revoluta. N. his angulis acutis figura lunaris sive semicircularis, quo anteriores ventriculi in parte posteriore vergunt, clarissime patet.

FIGURA VI.

REmota posteriore cerebri parte, membrana crassa cerebelli involvens, & Torcular vocatum, comparet, quo per medium dissecto, & membranis ad latera revolutis, interior quatuor sinuum facies conspicienda exhibetur.

A. Os cranii, in quo meditullium optime comparet. æ. spatium, quod inter cranium & duram matrem est ostenditur. B. reliquum substantiæ cerebri profunda sectione sublati. C. fundus dextri & sinistri ventriculi copiosis venarum propaginibus conspersus. D. tertius ventriculus, ad latera paululum deductus. E. foramen anterius tertii ventriculi ad pelvim, sive infundibulum descendens. F. plexus choroïdes, sive retiformes, leviter extra sedem suam remoti & expansi. G. principium plexuum retiformium. H. finis eorumdem plexuum. I. portio cerebelli detecta. K. processus posterior crassæ cerebri membranæ, cerebrum à cerebello dividens. L. membranæ quarti sinus aperti, ad latera convolutæ. M. membranæ primi sinus aperti ad latera positæ. N. membranæ secundi sinus dissecti revolutæ. O. primus crassæ membranæ sinus. P. secundus crassæ membranæ sinus. Q. quartus crassæ membranæ sinus, in quo innumera propemodum foraminula visuntur. R. tertius sinus in superiore falcis regione positus, à crassa membrana, cui adnectebatur ad literam A. resectus. a. denotantur orificia vasorum, quæ ex tertio sinu in tenuem membranam propagantur. S. principium, vel concursus quatuor dictorum sinuum, Torcular herophilo, ex opinione quorumdam dictum. T. processus falciformis à cerebri substantia undiquaque denudatus & extra situm positus, ut totus exacte cernatur. b. vasa minuta per falcis substantiam dispersa. V. cuspis processus

Ipsius iconibus II. III. (TAB. VII.), I. (TAB. VIII.), suas (*fig.* IV. V. TAB. VIII., *fig.* I. TAB. IX.), accommodasse videtur VESLINGIUS.

Fig. I. TAB. VIII. usus est *Thom.* BARTHOLINUS.

falciformis acuta & nonnihil incurvata, ab osse cristiformi nunc separata. X. membranæ tertii sinus aperti revolutæ, ut ejus interior facies appareat.

FIGURA VII.

ABlata crassa membrana cerebellum involvente, ipsius cerebelli substantia ostenditur; & rima, sive ventriculo tertio ad latera diducto, cavitas ejus, & in ipso contenta vulva cum foramine anteriore apparet.

A. Os cranii. B. meditulium cranii. C. spatium quod inter cranium & crassam membranam est. D. eminentia quædam cranii dextram, sinistramque cerebelli partem dirimens. E. crassæ membranæ portio, quæ cerebellum investit, ad posteria retracta. F. cerebelli substantia, per cujus superficiem externam plures venulæ sparguntur (a a) & lineæ excurrunt c. c. G. clunes nonnihil e loco suo motæ. H. testes similiter ad superiora ut clunes elevati & divisi. I. glandula pinealis testibus contigua. K. plexuum retiformium ingressus. L. foramen, seu meatus posterior ventriculi tertii toties jam demonstratus. M. cavitas quæ ventriculo tertio diducto cernitur. N. corpus figuram pudendi mulieberis exprimens, vulva propterea dictum, ad cujus anteriorem partem foramen anterius tertii ventriculi patet. O. ventriculorum dextri & sinistri fundus. P. latera, seu parietes eorundem. Q. plexus choroïdes studio extra ventriculos commoti. R. cerebrum, cujus superior & posterior pars cerebello incumbens, ablata est.

FIGURA VIII.

UTraque cerebri parte, tam dextra quam sinistra à se diducta, non tantum juxta latera, sed etiam quo ad anteriorem partem, os cristosum, ad quod corpus falciforme annecti diximus, exacte apparet. Testibus autem, ac natibus per medium divisis atque à se distensis, meatus ille, qui sub ipsis ex tertio ventriculo in quartum abit, cernitur. Facta etiam profundiore sectione vulva à se diducta videtur, meatusque ille qui in pelvim desinit, & propè quem exortus nervorum opticorum consistit.

A. Cerebri portio dextra & sinistra, à se diducta, & nonnihil extra cranium levata. B. portio dextræ atque anterioris cerebri partis paululùm revoluti ut cristi forme os D. in conspectum prodeat. C. a. pars cranei anteriorem illam cerebri portionem B. B. sustinens. D. os cristi forme in cujus vertice apex corporis falciformis definit. E. cerebri magna portio dissecta, ut calvaria C. C. cum osse cristoso D. appareat. F. vestigium illius sectionis, qua tota illa cerebri pars, quæ cerebellum tegebat ablata fuit. G. b. meditullium cranei, inter duas laminas (b. b. b.) conclusum. H. calvariæ interna facies, cui cerebellum incumbit. I. cerebelli pars posterior in naturali situ locata, & multis venarum surculis conspersa. K. cerebelli pars antica, ad superiora elevata. L. nervorum opticorum exortus. M. meatus primus tertii ventriculi, qui ad pelvim descendit, dilatatus. N. vulva ad latera diducta. O. hic foramen sive meatus tertii ventriculi, qui anus dicebatur, situs erat, at nunc dissectus cernitur. P. testes studio aperti, ut principium quarti ventriculi detegeretur. Q. nates divisi, ut ductus qui sub ipsis latebat, conspiceretur. R. ductus posterior tertii ventriculi, in quartum tendens, apertus. S. Vestigia fundi dextri & sinistri ventriculi cerebri.

FIGURA IX.

DEmonstrantur ea, quæ sub membranula illa in præcedenti proxima figura spinæ medullam tegente, latebant. exempto enim cerebro & capite in facie collocato, tum ad anteriora cerebello tracto, etiam spinalis medulla ex vertebris tracta est, quæ hic jam aperte sua membranula quasi excoriata videtur ipsa membranula ad latera tracta. exortus etiam trium parium nervorum ex ejus principio adhuc obscure apparentes conspiciuntur.

A. Vestigia resecti cranii. B. prima cervicis vertebra, sua carne adhuc stipata. C. cerebelli duæ portiones laterales, tenui membrana tectæ, per quorum substantiam venulæ excurrunt. D. cerebelli media pars vermiformes processus constituens. E. cerebelli portio. F. membranula spinalis medullæ ad latera tracta. G. spinalis medullæ substantia detecta. H. quarti ventriculi cerebri pars maxima in principio spinalis medullæ exsculpta, calami, quo scribimus, mucronem referens. I. K. L. quintum (I. I.), sextum (K. K.), & septimum (L. L.) nervorum par. M. crassa membrana cerebri inferiorem calvariæ regionem tegens. N. aures.

Fig. I. II. III. TAB. VIII., quæ CASSERII sunt, *Explanatio. ex* BUCRETIO.

FIGURA I.

DIcta cerebri portione, in secunda figura expressa, tum cerebello cum spinali medulla ex cranio exemta, cerebri cum cerebello, itemque cerebelli cum spinali medulla connexio separatim ostenditur, in cujus principio jam exacte, ac integre quartus ventriculus exprimitur.

A. Cerebelli dextra, & sinistra pars, plurimis

Adeo a natura recedunt *Caspari* BARTHOLINI icones j, ut etiam harum explicationis ope, partes ab ipso indicatas agnoscere, sit impossibile. In illis autem SINUS tum *anteriores* cum *posteriores* ventriculorum anteriorum, præsertim exprimere tentavit.

Quibusdam VESALII & CASSERII iconismis, in illarum cavitatum partibus aliis exibendis, usus est. Illis quasdam VESLINGII & WILLISI substituit *Thom.* BARTHOLINUS ipsius filius, in ultimis ejusdem operis editionibus.

venulis persusa. B. vermiformis cerebelli processus ad anteriorem partem retractus, cum quartum ventriculum tegere soleat. C. ventriculus quartus in spinali medulla D. exsculptus. E. cerebri portio cerebello adhærens.

FIGURA II.

E*Adem spinalis medulla proponitur, sed relectis portionibus illis quibus cerebello adhæret, itemque membranula inversa quoque est, ut ductus ille posterior, qui ex tertio ventriculo in quartum, sub natibus, testibus, & pineali glandula tendit, ex hac parte, diducto quarto ventriculo, conspiciatur.*

A. Spinalis medullæ substantia. B. quartus ventriculus non exacte expressus. C. ductus tertii ventriculi in quartum. D. glandula pinealis. E. rudis natium, & testium in spinali medulla sitorum, delineatio.

FIGURA III.

H*Aec figura, si quis recte secum perpendat, ad septimam figuram septimæ tabulæ pertinet. ostenditur enim cerebellum, & cerebri substantiæ portio in qua tertius ventriculus in omnes dimensiones diductus, cum utroque suo foramine tum anteriore quoad pelvim, quam posteriore, quod ad quartum ventriculum tendit, exprimitur.*

A. Cerebellum. B. cerebri substantia. C. ventriculus cerebri tertius. D. foramen posterius ventriculi tertii ad quartum tendens. E. glandula pinealis. F. natium & testium locus. G. meatus anterior ventriculi tertii ad glandulam pituitariam descendens. H. glandula pituitaria. I. principium nervorum opticorum. K. infundibuli pars.

Fig. IV. TAB. VIII. ex CASSERII *Pentæsthe.*

O*Stenditur in hac figura duræ meningis pars à cerebro denudata quæ partim cerebello partim cranio superjacet, præterquam etiam apparent odoratorii & gustatorii nervi ex suo quilibet ortu, & arteria plexum choroïdem constituens.*

A. Cranium abcissum. B. dura mater seu membrana partim super cerebellum partim super cranium retecta. C. extremitates duræ matris, quibus à cerebro disterminatur. D. cerebelli quædam portio sub dura meninge prominens una cum suis venulis. E. nervus gustatorius cum sua scaturgine. F. arteria, id est, plexum choroïdem seu lhabirintæos arteriolarum textus continens. G. nervus odoratorius quoad suam originem. H. cerebrum industria divisum, ut delucidius corpora superius adumbrata, appareant. I. falcis plurimis venulis scatentis pars lata. K. membranæ ductum illum in medio cerebri efformantes. L. cerebri dextra pars, ejusque anfractus.

j *Fig.* III. TAB. X. ex *Casp.* BARTHOLINO.

D*Extram cerebri partem secundum ventriculi ductum profunde ablatam exhibet hæc figura.*

A. Nasus. B. auris dextra. C. portio cutis capitis dependens. D. musculi occipitis rudimentum. E. oculi orbita. F. os frontis. G. os occipitis. H. H. latus cerebri sinistrum crassa sua meninge adhuc tectum. I. crassa dextri lateris-meninx dependens. K. falx. L. falcis ad galli cristam extremitas. M. sinus falcis superior. N. sinus falcis inferior. O. sinus lateralis dexter major. P. sinus falcis superioris in lateralem majorem ingressus. Q. sinus quartus inter cerebrum & cerebellum. R. sinus quarti in lateralem majorem ingressus. S. sinuum lateralium majorum communis ductus. T. grandium vasorum in sinum falcis superiorem abeuntium portio. V. magnæ cerebri fissuræ pars. X. ventriculi dextri pars posterior & exterior, qua carotidis arteriæ ramulus penetrat ad choroïdem plexum. Y. ventriculi dextri pars posterior & amplior. Z. ventriculi dextri digitalem referens cavitas subrotunda. a. ventriculi dextri pars superior & interior sub calloso corpore. b. ventriculi dextri in tertium seu medium descensus & orificium. c. plexus choroïdes glandulosus. d. d. spinalis medullæ radix. e. spinalis medullæ radici continuatum cerebrum. f. callosum corpus. g. cerebri pars posterior & inferior, calloso corpori continua & ventriculi dextri cavitatem formans. h. h. cerebri sinistri sub falce apparens portio. i. i. arteriolæ ventriculi dextri perreptantes superficiem.

Fig. II. TAB. X. ex eodem.

F*Igura hæc sinistrum cerebri reclinati ventriculum integrum exhibet.*

a. Auris dextra. b. sinistra. c. os frontis. d. d. ca-

VESLINGIUM in Anatomia Cerebri non mediocriter exercitum fuiffe, inde apparet, quod primus & hactenus unicus ventriculorum anteriorum SINUS *anteriores* ad naturam & in fitu naturali (I. I. H. H. *fig.* IX. Tab. VIII.) delineaverit. Non ergo incaffum defudaret qui ex VESLINGII iconibus naturalis ventriculorum anteriorum fitus fibi formare vellet ideam, ut falfo contendit A BERGEN, cum illorum ventriculorum finus anteriores adeo feliciter exibuerit.

In cœteris harum cavitatum partibus non folum nihil novi præftitit, fed etiam in ventriculi quarti (*fig.* I. II. TAB. IX.) delineatione, à naturæ viis ita aberravit, ut illam agnofcere fruftra tentares.

pitis cutis pars utrinque dependens. e. e. craffa utriufque lateris dependens meninx. f. f. cerebrum fecundum ventriculi finiftri ductum à parte fpinalis medullæ radici fuperimpofita divifum & reclinatum. g. cerebri pars fpinalis medullæ radici infiftens. h. h. magna cerebri fiffura radicem fupergrediens. i. i. i. i. ventriculi finiftri interior facies & forma inftar lunæ falcatæ. k. ventriculi cavitas digitali fimilis. l. orificium in tertium ventriculum. m. limbus, fpinalis medullæ radici adhærens. n. limbus ab eadem radice remotus. o. plexus choroïdes. p. fpinalis medullæ erecta radix. q. vafa interiorem ventriculi fuperficiem perreptantia & magnam partem ab arteriolis radicem ambientibus orta. r. feptum lucidum.

Figura V. VI. VII. VIII. IX. TAB. VIII. ex VESLINGIO.

FIGURA V.

A. Cerebri fubftantia diffectione æquata. B. B. Corpus callofum extrorfum aliquantulum deductum. b. b. crura duo fornicis non nihil detecta. C. proceffus falcatus retrorfum abductus. D. ventriculus anterior dexter parte fuperiore detectus. E. ventriculus finifter fimiliter apertus. F plexus choroïdes. G. fpeculi lucidi portio. H. dura meninx utrinque detracta.

FIGURA VI.

A. Cerebrum æquali fectione explanatum. B. fornix fublata, & deorfum reflexa. C. ventriculi anterioris dextri pars fuperior deducta. D. ventriculi anterioris pars fuperior fimiliter explanata. E. rima tertium ventricnlum defignans. F. dura mater. a. glandula pinealis. b. b. nates. c. teftes. d. protuberantia quæ vulva appelatur. at hæc cum glandula, & teftibus, in figura nona, accuratius expreffa eft.

FIGURA VII.

A. B. C. Crebrum & ventriculos anteriores innuunt, parte fuperiore explanatos. f. f. plexus choroïdis portio, per anteriores ventriculos fuperius protenfa. D. proceffus duræ meningis brevior. E. ejufdem proceffus longior, falcatus. F. torcular Herophili. G. dura mater detracta. a. duræ meningis finus primus. b. duræ meningis finus fecundus. c. duræ meningis finus tertius. d. finus in proceffu falcato minor. e. finus quartus duræ meningis.

FIGURA VIII.

A. B. C. f. Eadem quæ in præcedenti figura denotant. D. cerebellum in fitu naturali confpicuum. E. proceffus cerebelli vermiformis. F. dura meninx pendens. G. eadem cum finibus deorfum compulfa.

FIGURA IX.

D*Emonftrat hæc figura inferiorem finum anteriorum cerebri ventriculorum, exortus nervorum opticorum, tertii ventriculi partem, & quartum vulgo dictum ventriculum, cum protuberantiis, quas obtinet. Fornicis quoque crura, & quidquid ejus hippocampo, feu potius Bombyci Arantius comparavit.*

A. Dura cerebri membrana hinc inde detracta. B. proceffus offis cribriformis, criftæ fimilis. C. offis fphenoïdis pars, fub membrana ablato cerebro fe proferens. D. proceffus offis fphenoïdis anteriores, finum Ephippii ex parte producentes. E. portio cerebri a fectione fuperftes. F. fornicis crus anticum in pofteriora deflexum. G. expanfiones fornicis, quæ crura dicuntur poftica. H. hippocampi arantii, vel bombyces ejufdem. I. finus inferior ventriculorum anteriorum. K. corporis callofi extremum, natium inftar protuberans. L. glandula pinealis dicta. M. protuberantiæ teftibus æquiparatæ. N. finus inter cerebrum, & cerebellum, quartus vulgo ventriculus habitus. O. plexus choroïdis pars reflexa, quæ per fuperiorem ventriculorum finum ferebatur. P. bafis cerebri portio anterior. Q. fundus ventriculi tertii, in quo foramen pofterius, quod ano comparant, ad principium fpinalis medullæ tendit: anterius verò foramen, cui protuberantia vulvæ fimilis præponitur, ad infundibulum fertur. R. plexus choroïdes portio reflexa, quæ per finum inferiorem I. I. extendebatur. S. nervorum opticorum radices. T. nervorum opticorum unio. V. nervi optici denuo fejuncti, & verfus oculos porrecti.

In quibusdam Casserium imitatum fuisse videtur, ut supra innuimus.

Quibusdam ipsius iconismis usi sunt *Thom.* Bartholinus, Blasius, Verheyen, Kulmus, &c.

Willisi icones usque ad eum traditis nitidiores profecto visæ sunt, ob earum simplicitatem. Suis tamen non carent mendis, ut clare demonstravit Steno *; nihilque aliis ante ipsum exibitis addidit, sive quas de humano, sive quas de brutorum Cerebro adjecit picturas, consulemus [m].

* *Discours sur le Cerveau.*

Figurarum I. III. Tab. IX. *explanatio*, ex Veslingio.

Figura I.

Exprimit hæc figura ventriculum cerebelli proprium, quem quartum ventriculum recentiores anatomici constituunt.

A. Cerebelli lobus uterque a sectione integer. B. interna cerebelli facies incisione detecta. C. processus cerebelli vermiformis, cujus pars superior rotundiorque sectione ablata. D. ventriculus proprius cerebelli, duobus sinibus excavatus. E. prominentia inter duos sinus conspicua. F. foramen meatus, qui e tertio ventriculo ad spinalis medullæ principium fertur. G. sinus spinalis medullæ calamo, qua parte scriptioni aptatus est, similis. H. rima in sinu dicto observabilis. I. truncus descendentis spinalis medullæ abscissus.

Figura III.

A. A. Cerebellum, ejusque lobi. B. processus cerebelli vermiformis. C. processus cerebelli pontem innuentes. D. spinalis medullæ principium. E. sinus spinalis medullæ calamo scriptorio comparatus. F. quartus ventriculus ex parte detectus.

m *Fig.* I. Tab. XII. ex Williso.

Cerebri humani cranio exempti superficiem extimam sive superiorem exhibet; ubi cerebri limbus a nexu cum aliis partibus, per membranas facto, solutus, elevatur & anterius flectitur: ut crura medullæ oblongatæ, fornix, nates & testes cum glandula pineali, aliique processus clare & distincte conspiciantur.


A. Cerebri limbus qui in situ naturali cerebello contiguus erat. B. corporis callosi, utrumque cerebri hemisphærium obtinentis ora, sive margo, quo in situ naturali glandulæ pineali incumbebat. C. fornix. D. ejus brachia medullæ oblongatæ crura amplexantia. E. medullæ oblongatæ crura, e quibus nervi optici procedunt, & quorum apices (alterius, extra conspectum siti) sunt corpora striata. F. glandula pinealis, inter quam & fornicis radicem, rima ad infundibulum ducens consistit. G. protuberantiæ orbiculares quæ nates dicuntur. H. protuberantiæ minores, testes dictæ, quæ sunt priorum epiphyses. I. processus medullares, qui a testibus oblique in cerebellum ascendunt, ejusque meditullii utriusque partem constituunt. K. processuum istorum, per alium processum transversum commissura. L. nervorum patheticorum e commissura processuum prædictorum exortus. M. medullæ oblongatæ portio, processibus & protuberantiis prædictis substrata. N. foramen ventriculi, seu cavitatis, quæ protuberantiis orbicularibus subjicitur, O. protuberantia annularis a cerebello dissita & medullam oblongatam amplexantis, portio. P. cerebelli superficies extima, & superior.


Fig. II. Tab. XII. ex Williso.


Effigies cerebri humani, quod cujusdam adolescentis, ab ipsa nativitate fatui, & ex eorum numero qui vulgo lencurum subditi perhibentur, fuerat; cujus cerebri moles, cum tenuior ac solito minor fuit, limbus ejus ulterius elevari & reflecti potuit, ut interiora quævis penitus conspicerentur.


A. Cerebri limbus elevatus, & plurimum reclinatus, qui in naturali situ medullæ oblongatæ prope cerebellum innixus nates & testes abscondebat. B. corporis callosi ora, sive margo inferior. C. fornix cum duobus brachiis ejus crura medullæ oblongatæ amplectens. D. interna cerebri cavitas, a limbi ejus complicatura circa medullam oblongatam resultans. E, crurum medullæ oblongatæ apices, seu corpora striata. F. thalami nervorum opticorum. G. glandula pinealis, inter quam & fornicis radicem, foramen, cujus ductus, tum ad infundibulum, tum ad ventriculum protuberantiis orbicularibus subjectum tendit. H. protuberantiæ nates dictæ. I. protuberantiæ testes dictæ. K. processus medullares, a testibus ad cerebelli meditullia protensi. L. cerebelli per medium dissecti hemisphæria seposita, ut medullæ oblongatæ caudex melius conspici poterit; ubi substantia ejus medullaris ramificatur ad formam arboris. M. scrobs infra caudicem medullarem, quæ cerebello obtecta, ventriculum quartum ad formam pennæ scriptoriæ constituit. N. processus medullares, qui transitus e medulla oblongata in protuberantias orbiculares esse videntur. O. medullæ oblongatæ, in spinalem cessuræ, extremitas.

Fig.














1. 2.











Iconographia cavitatum cerebri et cerebelli.

TAB. VII.




Fig. 1.



Fig. 2.




Fig. 3.




Fig. 4.



Fig. 5.




Fig. 6.



Fig. 7.



Fig. 8.





Fig. 9.

M. Reboul del. et Sculp.


Iconographia cavitatum cerebri et cerebelli.






















Ipſius iconibus uſi ſunt, *Th.* BARTHOLINUS, VERHEYENUS, MANGETUS, TAUVRYUS, BOURDONUS, &c.

Non ſatis celebratus HIGMORUS, ob varia quibus Anatomicam artem locupletavit, primus diſtinctius Cerebri partim ſecti plano ad baſim perpendiculari, per longitudinem falcis, delineavit, quo genuinum ventriculorum anteriorum ſitum aſſignaret [n]. minus tamen in

Fig. IV. TAB. X. ex WILLISO.

E*Xhibet cerebrum ovinum reclinatum, & in cohæſionum locis juxta corpora ſtriata aliquatenus diſciſſum, ut interior ejus compages evolvi, ac in planum explicari queat.*

A. Subſtantia cerebri abſciſſa, quæ in naturali ſitu complicata, cohærebat cum reliqua illius ſubſtantia a. a. ſuper corpora ſtriata relicta. B. fornicis truncus abſciſſus, qui in ſitu naturali cohærebat cum ejuſdem fornicis baſi. C. C. fornicis brachia, qua caudicem medullarem e regione glandulæ pinealis amplexabantur. D. corporis calloſi margo, qui caudicem medullarem prope cerebellum amplexabantur. E. fornicis baſis. F. fornicis duæ radices rectæ, inter corpora ſtriata jacentes. G. proceſſus medullaris tranſverſus, duo corpora ſtriata invicem connectens. H. rima juxta fornicis radices, ad infundibulum ducens. I. corpora ſtriata, quorum ſuperficies arteriæ ac venæ exiles obducunt. K. corporis calloſi ſuperficies interior ſtriis medullaribus tranſverſis, ſive ab uno cerebri hemiſphærio in alterum protenſis, inſignita. L. thalami nervorum opticorum. M. foramen anterius in ventriculum protuberantiis orbicularibus ſubjectum ducens, quod etiam ad infundibulum per aperturam declivem tendit. N. glandula pinealis quæ ſeparatis & amotis pia matre ac plexu choroïde, conſpectior apparet. O. protuberantiæ natiformes, quæ hic longe majores ſunt quam in homine aut cane. P. protuberantiæ minores, teſtes dictæ, quæ priorum ſunt epiphyſes. Q. proceſſus medullares e teſtibus in cerebelli meditullia protenſi. R. proceſſuum iſtorum commiſſura. S. nervi oculorum patethici, e proceſſuum iſtorum commiſſura oriundi. T. foramen poſterius, in ventriculum, protuberantiis orbicularibus ſubjectum, atque in ipſam infundibuli aperturam ducens. V. ſcrobs in medullari caudice quæ cerebello obtecta, quartum ventriculum efficit. W. cerebelli ſubſtantiæ medullaris ramificationes, quæ inſtar arboris apparent. X. medullæ oblongatæ, in ſpinalem ceſſura, extremitas.

Fig. V. TAB. X. ex WILLISO.

M*Edullam oblongatam capite ovino exemptam, cum cerebro abſciſſo & amoto, cumque cerebello, & corpore uno ſtriato, per medium diſſectis, aliaque præcipue ad caudicem medullarem pertinentia repræſentat.*

A. Corpus ſtriatum in medio diſciſſum, ut illius ſtriæ medullares appareant. B. corpus alterum ſtriatum, integrum, plexu choroïdeo obtectum, cum corporis calloſi portione extrema C. C. eidem cohærente. C. corporis calloſi ora, ſive extremitas, corpori ſtriato cohærens. D. fornicis baſis. E. plexus choroeideos ala dextra. F. ductus venoſus a ſinu quarto protenſus, qui mox bifidus, utriuſque plexus choroeïdeos alæ portionem venoſam conſtituit; ſubter hujus ductus principium, fibris & vaſis ſanguiferis valde ſtipatum, glandula pinealis deliteſcit. G. foramen, ſive rima ad infundibulum ducens. H. thalami nervorum opticorum. I. proceſſus medullares, ſive tranſitus viæ, quæ, a caudice medullari in protuberantias orbiculares ducunt. K. protuberantiæ orbiculares natiformes. L. protuberantiæ minores, teſtes dictæ. M. commiſſura proceſſuum a teſtibus in cerebellum oblique aſcendentium. N. foramen inferius ventriculi, protuberantiis orbicularibus ſubjecti. O. nervi oculorum pathetici. P. proceſſus medullares a teſtibus in cerebellum protenſi. Q. proceſſus alii medullares, qui a cerebello verſus medullam oblongatam dimiſſi, ejus caudicem circundant, & protuberantiam annularem conſtituunt. R. cerebelli proceſſus medullares infimi, ſive tertii, qui medullari caudici inſerti, ejus chordæ additionales evadunt. S. cerebri ramificationes medullares. T. utriuſque cerebelli meditullia, in quibus tres ejus proceſſus medullares, utrumque ejus pedunculum conſtituentes coaleſcunt. V. ſcrobs in medullari caudice quartum ventriculum conſtituens. X. medullæ oblongatæ, in ſpinalem ceſſuræ extremitas.

VID. *fig.* VIII. *ejuſdem* TAB., *quæ eſt ejuſdem autoris, explicationem* p. 30. de illa alibi dicemus.

n

Fig. II. TAB. IX. ex HIGMORO.

QUæ cerebri lateralem diſſectionem indicat. in quarta ſpinalis medullæ ortum ac nervorum principium delineavimus.

A. Cranion, ut in communi diſſectione apparet, cum corpore medulloſo inter binas ejus lamellas. B. corpus calloſum, ut in laterali capitis diſſectione, cum vaſorum finibus punctis quibuſdam expreſſis, cernitur. C. falx in proprio ſuo ſitu, cum cerebri parte ſiniſtrâ inviolata. D. ſeptum lucidum in proprio loco ventriculum dextrum a ſiniſtro diſterminans. E. fundus ventriculi dextri, ut abſciſſâ dextra cerebri parte uſque ad primæ & majoris meningum reduplicationis terminos apparet. F. fornix in ſitu proprio ſuper ventriculum tertium

omnibus naturæ conformia ſunt, quæ pinxit, ut alibi patebit.

Illas Blasius adjecit icones appendici ad anatomen veſlingianam.

Non ſatis laudandus Steno, anatomico afflatus numine, figmenta de variarum cerebri partium uſu prolata cum defectuoſis uſque nunc illarum partium deſcriptionibus & picturis comparans, novam ſibi, & unicam quæ supereſſet, in genuino variarum cerebri partium ſitu aſſignando, aperuit viam o.

ſuperjacens, illumque a ſuperioribus diſtinguens. G. latus cerebri ſiniſtrum, cranio denudatum, & dura matre adhuc obvolutum. H. cerebrum ſeu medulla cerebri, ut in diſſectione cum terminis vaſorum abſciſſis cernatur. I. cortex cerebri ut gyris variis ſe in medullam inſinuet. K. plexus choroeides in proprio loco, ut in fundo ventriculi ſuperioris ad oſtia (ut ſic dicam) ventriculi tertii jaceat. L. ventriculus tertius ſub fornice deſcendens vix conſpicuus. M. N. facies & naſus. M. occiput. O. P. ventriculi dextri latera. O. ſinus tertius in proprio ſitu. P. a. vaſa a meninge ad ſinum tertium ducentia in dextro latere abſciſſa. b. ubi ventriculus dexter ſuperior verſus tertium paululum inclinat. c. ſinus inferior & minor falcis. d. vaſa ſiniſtri lateris ſinum tertium petentia. e. criſta galli cui annectitur falx. f. arteria ſanguinem plexus choroeidi adducens. g. vena ſanguinem a plexu reducens, ad ſinum quartum emandans. h. venæ ſanguinem a ſubſtantiæ cerebri recipientes, & in plexum choroeidem exonerantes. i. anaſtomoſes harum venarum cum arteriis k. k. quibus ſanguis a plexu cerebro communicatus, in venas ut reducatur emandatur. k. k. arteriæ ab arteriis plexui orbatis, cerebro conceſſæ. m. craſſities fornicis. n. cavernula oſſis frontis. o. vaſa in falce diſſeminata, ſe in ſinum inferiorem exonerantia.

Fig. IV. Tab. IX. ex Higmoro.

A. Cranion. B. cerebri pars ſiniſtra etiam uſque ad baſim ventriculi tertii abſciſſa. C. duo corpora rotunda a cerebro enata, quæ ab anatomicis teſtes nominantur, ſpinali medullæ principium præbentia; quæ invicem tangentia ad anteriora capitis paulo reflectuntur, & duobus aliis a cerebello egreſſis unitis, ventriculum illum cerebri quartum, tantis elogiis ab anatomicis celebratum conficiunt. D. corpora illa a cerebro prodeuntia nates dicta cum ſuperioribus unita. E. ſpinalis medullæ adhuc intra cranion contenta, ex quatuor hiſce corporibus conflata. F. pars cerebri in dextro latere abſciſſa uſque ad meninges, ut proceſſus ejus C. & nervorum derivatio clarius cernatur. G. cavitas illa quæ ventriculus quartus nominatur. H. infima ventriculi tertii ſedes dextra, cui in ſiniſtro latere reſpondet O. defalcata ut glandula pituitalis & infundibulum melius videantur, pars hujus anterior uſque ad infundibulum auſertur, litera N. ſignata. I. infundibulum in proprio ſitu. K. glandula pituitalis infundibulo annexa & in ſella propria in oſſe ſphenoeide ſita. L. foramen anterius ventriculi tertii ad infundibulum ducens. M. ſella oſſis ſphenoeides. N. pars cerebri abſciſſa. O. ſiniſtra ventriculi tertii pars verſus infundibulum declinans. P. fornix extra ſitum poſitus ut tertius ventriculus clarius eluceſcat. Q. ſiniſtra cerebelli pars integra in ſuo loco. R. dextra ejus pars abſciſſa. S. os petroſum dextri lateris. T. foramen primum oſſis occipitii, per quod deſcendit ſpina medullaris. V. criſta galli. W. protuberantia oſſis frontis ſuperiorem orbicularem oculi ſedem in dextro latere conſtituens. X. os criboſum cum nervo olfactorio C. Y. foramen poſterius tertii ventriculi. Z. ductus prior a ſella ad foramen ſecundum oſſis cuneiformis tendens, & ductus poſterior a ſella ad palatum ducens. a. foramen quintum oſſis cuneiformis per quod arteriæ carotidis ramus major in caput aſcendit. b. cavernulæ binæ in oſſe frontis. c. nervus olfactorius. d. ſecundum & tertium oſſis occipitii foramen, per quod venæ jugularis internæ ramus major, & carotidis minor cerebrum intrant, & ſextum nervorum par egreditur. e. foramen ſeptimum oſſis cuneiformis, venæ jugularis internæ ramo minori viam præbens, cujus veſtigia in cranio impreſſa ſemper conſpiciuntur. f. foramen primum ejuſdem oſſis nervorum opticorum egreſſui dicatum. g. i. ſecundum & tertium par nervorum per ſecundum foramen ejuſdem oſſis exeuns. h. glandula pinealis. k. ſecundum foramen oſſis temporum per quod venæ jugularis externæ ramus tranſit. 4. quartum par nervorum. 5. quintum par nervorum per os petroſum egreſſum. 6. ſextum nervorum par per tertium occipitii foramen elabitur. 7. ſeptimum nervorum par per quartum ejuſdem oſſis foramen deſcendens. l. ramus minor quinti paris nervorum ad muſculos oris & temporum tranſmittitur. m. ſurculi tertii & quarti paris nervorum.

o.

Fig. IV. VI. VII. VIII. IX. Tab. IX. ex Stenone.

o.

Quomodo fieri potuerit ut iconum ſuarum explanationem non addiderit Steno, conſequi haud potuimus; præſertim cum nova methodo illarum partes indicare ſibi propoſuiſſet. Non nobis tantum ſumpſimus, ut illas interpretaremur: 1o. quod ſummi hactenus, quorum potius erat

Primus hujusmodi ortographia cerebri, VENTRICULUM *tertium & quartum*, INFUNDIBULUM, &c., ad naturam delineavit. Primus assignasse videtur LAMINAM *cineream* quandoque mediam thalamorum partem connectentem (A), & VALVULAM *majorem* cerebri (B. *fig.* VII. & IX.). Primus iconum *lineamentis* in charta opposita appositis (*ut in nostris tabulis tribus primis videre est*), quo varias picturarum suarum partes indicaret, licet non indicaverit, usus est.

Ad cavitatum cerebri veram delineationem parum contulit BIDLOI [p] iconismus, minimeque illarum ideam subministrat. illo usus est DIONIS, illumque mirum in modum depravavit.

VIEUSSENS plurima equidem nova in cerebri delineatione præstitit [q]. Genuinæ vero

id tentare, non tentaverint anatomici; 2°. quod vix intelligere potuimus quas partes delineaverit in figuris IV. VI. VIII. TAB. IX. Has tamen generaliter indicavit *Th.* BARTHOLINUS in suo *administrationum anatomicarum* specimine, ubi de cerebri præparotione agens (p. 36.) ait: præcipua præparatio est, qua exhibetur ortographia cerebri secti plano ad basin perpendiculari, per longitudinem falcis, (& tum media pars cranii aptius integra relinquitur, ut in ea cerebri altera pars lateat) quæ claram notitiam de vero ductu ventriculorum, deque vero situ glandulæ superioris omni dubio eximit. poterit in alio cerebro fieri ortographia transversa triplex, una transversim per longitudinem glandulæ superioris, quam pinealem vocant, altera per medium transversum posterioris partis, tertia ita ut transversim secet secundum par tuberculorum & continuationem ventriculi cum glandula inferiori seu pituitaria. (harum sectionum cerebri figuræ videantur in tractatu gallico STENONIS, *de anatome cerebri*).

p

Fig. I. TAB. XI., *quæ* BIDLOOI *est*, *explanatio ex* COWPERO.

C*Erebrum una cum medulla oblongata, ipsi continuata, cum calvaria liberatur, & specu seu concavitate vertebrarum omnium colli, dorsi, & lumborum.*

A. Dura mater cerebro liberata & aliquantum expansa. a. pars falcis. B. pars cerebri secta transverse. C. divisio in parte ejus corticali, quæ anfractus & circuitus in ejus superficie facit. D. corticalis, sive pars cerebri cineracea, quibusdam glandulosa pars dicta. E. medullaris, sive pars alba cerebri, quibusdam nominata callosa pars, sive fibrata. f. pars cerebri posterior, quæ incumbebat secundo processui duræ matris. F. G. H. dexter & sinister ventriculi cerebri aperti; ubi cerni possunt vasa sanguifera piæ matris, quæ ista tegunt. F. superiores & anteriores partes eorum, quæ maximæ sunt, & fiunt semper minores versus partes eorum posteriores & inferiores G.. H. corpus callosum. I. K. radices fornicis. L. thalamus nervi optici a dextro latere; a sinistro non notatus est. M. corpus transversale corporis callosi. N. partes corporum striatorum integrorum. O. nates. P. testes. Q. glandula pinealis in situ. R. plexus choroïdes constans ex vasis sanguiferis utriusque generis, lymphæ ductibus, membranis, & glandulis. S. processus cerebelli primus, ad nares tendens. T. processus transversus conjungens nervos patheticos duos & postremo memoratum processum. ſ. ventriculus quartus, calamus scriptorius appellatus. V. nervi pathetici. W. duo processus spinalis medullæ, qui latera ventriculi quarti constituunt. X. Y. Z. meditullium cerebelli, more arboris adparens, facta ejus sectione transversa. a. b. &c. dura mater, quæ spinalem medullam circumdat, divisa & expansa. c. c. &c. pia mater adhuc spinalem medullam circircundans, sed parte infima specillo levata, ubi caudam equinam investit. 1. 2. 3. &c. singula nervorum paria, quæ oriuntur a spinali medulla. ab 1. ad 9. origines nervorum colli; quorum primus egreditur per perforationem tertiam ossis occipitis, & decimus habetur cerebri; reliqui inter vertebras colli, dorsi, lumborum, & per perforationes ossis sacri successive egrediuntur. nervi dorsi sunt a 10. ad 21.. a 22. ad 27. nervi lumborum. reliqui exeunt e foraminibus ossis sacri.

q

TAB. XII. *explicatio* ex VIEUSSENIO, *Fig.* I. & II. exceptâ.

FIGURA III.

C*Erebrum humanum per superiora dissectum repræsentat.*

A. Cinerea cerebri substantia, guttis quibusdam sanguinis interpuncta. B. ovale centrum guttis quibusdam sanguineis interpunctum; in quod desinunt radii medullares a. a. &c. cinereæ substantiæ intermissi. C. corpus callosum ad anteriora reclinatum. D. media fornicis, sic vulgo dicti, seu fimbriatæ veri fornicis appendicis pars posterior. E. septi lucidi portiunculæ anteriores, intra quas parva cavitas c. c. observatur. F. anteriores medullæ oblongatæ processus. G. vasa anteriores cerebri

cavitatum cerebri & cerebelli formæ exibendæ picturis parum consuluit, quin imo sinus tum anteriores cum posteriores ventriculorum anteriorum omisit, licet anteriores adumbrasse videatur inter A. & C. (*fig.* IV. Tab. XII.).

ventriculos irrigantia, quorum superiora, paulo crassiora, quam par sit, delineata fuerunt. H. thalami nervorum opticorum, in quibus corpus album subrotundum d. d. prominet. I. plexus duo choroïdes, nervorum opticorum thalamis incumbentes. K. cerebellum crassa meninge obductum, suisque vasis irrigatum. L. quartus sinus in laterales apertus, longitudinali resecto, & exempto. M. cerebri pia meninge obducti anterior superficies.

Figura IV.

Cerebrum humanum per superiora dissectum, & fornicem sic vulgo dictum, una cum binis plexibus choroïdeis, partim ad anteriora, partim ve ad posteriora reclinatum exhibet.

A. Binæ, corticalis nempe, & medullaris cerebri substantiæ, guttis quibusdam sanguinis interpunctæ, quarum pars superior abscissa & exempta fuit. B. corpus callosum, quod verum fornicem nominamus, ad anteriora reclinatum, & ex transverso rescissum. C. pars posterior ovalis centri, per medium secta, & ad posteriora reclinata. D. anteriores medullæ oblongatæ processus. E. fornicis sic vulgo dicti ad anteriora inversi media regio, seu fimbriata veri fornicis appendix, ad anteriora inversa. a. crura fornicis sic vulgo dicti, seu binæ veri fornicis columnæ posteriores, ex transverso sectæ, & ad anteriora una cum parte antica utriusque plexus choroïdis inversæ. b. pars altera crurum fornicis sic vulgo dicti, seu binarum veri fornicis columnarum posteriorum ad posteriora una cum parte postica utriusque plexus choroïdis reclinata. F. thalami nervorum opticorum, seu crura medullæ oblongatæ in quibus subrotunda corpora alba c. c. prominent. G. tractus medullaris nervorum opticorum thalamis intermedius, qui ad nates usque porrectus, externum ani marginem obducit, & in tractum medullarum natibus ipsis antepositum abit. d. vulva, seu foramen circa anticam ventriculorum anteriorum cerebri regionem, juxta fornicis radices excavatum. e. anus, seu foramen alterum, circa posticam prædictorum ventriculorum regionem juxta nates excavatum. H. glandula pinealis interposita. I. corpora duo subrotunda, quæ nates vulgo dicuntur. L. quartus sinus apertus. M. secundus ac crassior duræ meningis processus, cerebrum a cerebello distinguens. N. quintus sinus apertus, non procul a quarto, cujus cavitati inhiat, abscissus. f. f. vasa venosa, quæ cum e cerebri interioribus emerserunt, quartum in sinum desinunt, & arteriosum, quem resorbuerunt, sanguinem in cavitatem illius exonerant.

Figura V.

Cerebrum & cerebellum hominis per superiora dissecta repræsentat.

A. binæ, cinerea nempe, & medullaris, cerebri substantiæ, guttis quibusdam sanguinis interpunctæ, & circa posteriora ab invicem diductæ. B. fornix seu fimbriata veri fornicis appendix, circa mediam sui regionem ex transverso abscissa & ad anteriora reclinata. a. fornicis sic vulgo dicti radices, seu binæ veri fornicis anteriores columnæ. b. commissura crassioris nervi æmula. c. thalami nervorum opticorum, seu crura medullæ oblongatæ ab invicem diducta, ut tertii ventriculi cavitas c. & ducens ad infundibulum hiatus d., oculis subjiciantur. e. hiatus in canalem natibus & testibus substratum ducens. f. tractus medullaris transversus natibus antepositus. D. crura fornicis sic vulgo dicti, seu binæ veri fornicis columnæ posteriores ex transverso sectæ & in situ naturali repræsentatæ. E. anteriores medullæ oblongatæ processus. F. corpora duo subrotunda, quæ nates vulgo dicuntur. G. glandula pinealis. H. corpora in turbinem acuminata, quæ testes vulgo dicuntur. g. parvus ac brevis tractus medullaris, quem frenulum vocamus. h. tractus medullaris, anticam valvulæ majoris cerebri partem occupans. I. valvula cerebri major. K. processus vermiformis anterior. L. processus vermiformis posterior. M. cerebellum horizontaliter sectum, cujus substantiæ duæ simul complicatæ, variegatum marmoris colorem referunt.

Figura VI.

Cerebrum humanum per superiora dissectum, & a cinerea substantia exteriore segregatum exhibet.

A. Ovale centrum, postica cujus pars abscissa, ac exempta fuit. B. pars antica corporis callosi, seu veri fornicis ad anteriora reclinata, & ex transverso secta. C. fornix sic vulgo dictus, seu fimbriata veri fornicis appendix, circa mediam sui regionem ex transverso secta, & ad anteriora inversa. a. radices fornicis sic vulgo dicti, seu binæ veri fornicis columnæ anteriores. b. commissura crassioris nervi æmula. D. tertius ventriculus apertus. c. hiatus ad infundibulum ducens. d. hiatus ad canalem natibus & testibus substratum ducens. E. striata corpora superna anteriora, in quibus prima tantum ipsorum superficie derasa, tractus medullares exteriores ac minores conspiciuntur. F. crura medullæ oblongatæ, seu thalami nervorum opticorum, in quibus alba conspicitur mem-

Omnibus illis VIEUSSENII iconifmis ufus eft MANGETUS in Bibliotheca fua anatomica; & relictis aliis, tertium (*Tab.* XII.) tantum admifit in theatro fuo anatomico, &c.

brana, plures diftincta in fibrillas, quæ in nervos opticos definunt. G. nervi optici ultra coalitum ex tranfverfo fecti, ab invicem diducti, ac demum ad pofteriora utrinque reclinati. H. medullaris fubftantia, cujus interventu, nervi optici fimul coalefcunt, & quæ in ipfis ab invicem fejunctis prominet. I. corpora duo fubrotunda, nates vulgo dicta, quæ hic paulo minora, quam par fit, repræfentatur. e. glandula pinealis, quæ hic paulo minor, quam par fit, repræfentatur. K. corpora duo in turbinem acuminata, teftes vulgo dicta, hic pariter paulo minora, quam par fit, repræfentata. f. parvus ac brevis tractus medullaris, quem frenulum vocamus. g. nervi pathetici non procul ab origine ex tranfverfo refciffi. h. tractus medullaris, anticam valvulæ majoris cerebri partem occupans. i. corpora duo, nervorum, aut faltem fibrarum nervearum æmula quæ fuperiorem verfus proceffus annullaris partem tendunt. L. quartus ventriculus apertus, fanguiferis quibufdam vafis irrigatus, qui cerebello refciffo, & exempto, plane confpicitur. M. pedunculi cerebelli ex tranfverfo refciffi. k. medullares duo tractus paulo craffiores, quam par fit, delineati, qui ex hac medullæ oblongatæ parte fuperna prodeunt, quæ in medullam fpinalem immediate definit. iis utrinque fibrillæ quædam medullares litera L. defignatæ adjunguntur. m. medullares fibrillæ e proceffibus a cerebello ad medullam fpinalem eductæ, ad quas utrinque mox una, mox binæ fibrillæ medullares tenuiffimæ, & e fuperna medullæ oblongatæ parte exortæ accedunt. N. medulla fpinalis in exortu abfciffa. n. nervi fpinales ad par vagum acceffòrii.

FIGURA VII.

STriata corpora fuperna, tum anteriora, tum pofteriora, necnon femircirculare centrum, cujus interjectu utrinque ab invicem diftinguuntur, exhibet.

A. Ovale centrum, cujus poftica pars abfciffa, & exempta fuit. B. cinereæ cerebri fubftantiæ refiduæ quædam portiones, medullari illius fubftantiæ intermiftæ. C. ftriata corpora fuperna anteriora, in quibus fubftantia ipforum nonnihil profunde derafa, tractus medullares interiores ac craffiores plane confpiciuntur. D. genuinum femirculare centrum. a. commiffura craffioris nervi æmula, per medium fecta, paululumque diducta. b. fornicis fic vulgo dicti radices feu binæ veri fornicis anteriores columnæ ex tranfverfo refciffæ, & ab invicem paululum diductæ. E. ftriata corpora fuperna pofteriora, in quibus exteriore ipforum fubftantia paulo derafa, innumeri, & tenuiffimi tractus medullares oculis fubjiciuntur. F. nates erafæ, e quibus medullares fibrillæ c. c. prodeunt, quæ ftriata corpora fuperna, pofteriora fubeunt. G. teftes pariter derafi, qui in medullares fibrillas d. d. abeunt, quæ prædicta ftriata corpora fuperna, pofteriora penetrant. VID. *fig.* VIII. *explicationem.* p. 46.

FIGURA X.

CErebrum humanum hinc inde diductum, fuperiore utriufque ipfius hemifphærii parte fecta, ac exempta & cerebellum per medium fectum, necnon utrinque ad latera reclinatum exhibet.

A. Radii, feu tractus medullares cerebri, guttis pluribus fanguinis interpuncti, & cortici intermifti, qui in albam anteriorum ventriculorum fubftantiam, feu in ovale centrum, inde diductum definunt. B. &c. ovale centrum, hinc inde diductum. C. ftriata corpora fuperna anteriora, in quibus prima tantum ipforum fuperficie derafa, tractus medullares exteriores ac minores confpiciuntur. D. fornicis fic vulgo dicti portiones ad latera reclinatæ. a. femicircularis centri pars fuperior, quam albæ mollifque membranæ, medullæ oblongatæ cruribus inftratæ limbus exterior obtegit. E. crura medullæ oblongatæ utrinque inverfa, & fupra modum diftenta. b. &c. vafa quædam fanguifera, pofticam anteriorum cerebri ventriculorum regionem irrigantia. F. fubftantiæ medullaris, pofteriorum cerebri limborum portiones, quæ cerebello per medium fecto, & ad latera reclinato fuperjacent. G. aquæ emiffarii pars anterior per fuperiora aperta, cujus latera ab invicem diducta apparent. c. prædicti aquæ emiffarii pars pofterior, nondum aperta, qua cum frenulum d. unitur. e. tranfverfus tractus medullaris, anticam valvulæ majoris cerebri partem occupans. f. nervi pathetici, juxta originem abfciffi. H. cerebellum per proceffus vermiformes fectum, cujus bina hemifphæria ad latera reclinata fubtus albæ cerebri fubftantiæ portiones f. f. partim reconduntur. I. valvula major cerebri, in antica quarti ventriculi parte fita. K. quartus ventriculus apertus, cujus pofticam regionem plexus choroïdes L. occupat. M. proceffus duo medullares a cerebello ad teftes. N. proceffus medullares a cerebello ad medullam fpinalem. O. quarti ventriculi finis, qui fpinalem in medullam abit. g. &c. radii, feu tractus medullares, qui anticam ac mediam cerebelli regionem occupantes, & ramorum ad inftar arboris divifi, cinereæ fubftantiæ intermifcentur. h. &c. vafa, quibus plexus choroïdes L. conftat, abfciffa.

FIGURA IX.

CErebrum humanum hinc inde diftractum, fuperiore utriufque hemifphæri fubftantia, paulo profundius quam in figura octava derafa, repræ-

Illarum cavitatum delineationi nihil addiderunt, quin imo mancæ admodum & erroneæ sunt Verheyeni icones [r]. admiſſæ nihilominus fuerunt in Palfini, Kulmi, &c. operibus.

ſentat, una cum cer bello; cujus primo vermiformes per proceſſus ſecti, utrumque hemiſphærium per medium ſectum & partim ad ſuperiora, partimque ad inferiora reclinatum fuit, ut interiora illius plane conſpiciantur.

A. &c. binæ cerebelli ſubſtantiæ, cinerea nempe, & alba, ſimul complicatæ & guttulis pluribus ſanguinis interpunctæ. B. ovale centrum, hinc inde diductum. C. poſterior anteriorum cerebri ventriculorum regio, in qua vaſa quædam a. a. a. a. reſciſſa apparent. D. ovalis centri margo medullaris, ſtriata corpora ſuperna ambitu ſuo comprehendens, iiſque profunde deraſis ſupereminens. E. ovalis centri B. & medullaris illius marginis D. pars poſterior. F. ſtriata corpora ſuperna anteriora, in quibus profunde deraſis, tractus medullares interiores ac craſſiores conſpiciuntur, qui medullari e margine D. immediate educuntur. G. ſemicirculare centrum, hinc inde diductum. H. fornicis ſic vulgo dicti portiones, ad latera reclinatæ. I. crura medullæ oblongatæ, ſeu ſtriata corpora ſuperiora poſteriora utrinque inverſa, & ſupra modum diſtenta, quorum tractus medullares ad nates & teſtes inclinantur, iiſque ſubjiciuntur ut ad poſticam ſpinalis medullæ partem deſcendant. K. albæ poſteriorum cerebri loborum ſubſtantiæ reſiduæ quædam portiones, ad inferiora paululum reclinatæ. b. nervi pathetici juxta originem reſciſſi. c. tranſverſus tractus medullaris, anticam valvulæ majoris cerebri partem occupans, per medium ſectus, & a prædicta valvula ſejunctus. L. aquæ emiſſarium per ſuperiora apertum, cujus partes laterales ab invicem diductæ ſunt. M. quartus ventriculus apertus, in quo vaſa quædam abſciſſa apparent, & cujus margines Q. Q. R. R. & S. S. ab invicem diducti ſunt. N. cerebelli per proceſſus vermiformis ſecti bina hemiſphæria per medium ſecta, & partim ad ſuperiora, partimve ad inferiora reclinata, quorum meditullia corpora rhomboïdea, &c. occupant. O. &c. tractus medullares cerebelli, cortici intermiſti, qui in utroque illius hemiſphærio ſimul coaleſcendo, in ſubſtantiam medullarem P. P. abeunt, quam medullare hemiſphæriorum cerebelli centrum nominamus, e. &c. medullares quidam tractus cinereæ ſubſtantiæ inſerti, & arboris ramos referentes, qui in cerebello per proceſſus vermiformes ſecto apparent. Q. mediæ gemini medullaris hemiſphæriorum cerebelli centri partes, quæ utrinque quarto ventriculo ſeſe ſubjiciendo, & medullam oblongatam ad inſtar annuli amplexando, in proceſſum annularem majorem Williſii deſinunt. R. proceſſus medullares e cerebello ad teſtes. S. proceſſus medullares a cerebello ad medullam ſpinalem. T. medullæ ſpinalis initium.

r

Fig. VII. Tab. X. ex Verheyeno.

A*Blata ſuperiori parte cerebri cernitur fornix reflexus, &c.*

A. Subſtantia corticalis cerebri. B. ſubſtantia medullaris. C. fornix antrorſum reclinatus. D. corpus ſtriatum vaſis ſanguiferis tectum. E. ſinus quartus cum ejuſdem ramulis & arteriolis ſupra glandulam pinealem extenſis. d. plexus choroïdalis cum ſuis glandulis. F. cerebellum. G. proceſſus duræ meningis.

Fig. VI. Tab. X. ex Verheyeno.

A*Blatis fornice & plexu choroïdali, reſtant*

A. Subſtantia exterior cerebri. B. latera cavitatis cerebri. C. corpus ſtriatum deraſum. D. corpus ſtriatum integrum. E. crura medullæ oblongatæ aliquo modo diducta, ut ſequentia magis pateſcant. a. vaſa ſanguinea corpori ſtriato propria. b. baſis fornicis abſciſſi. c. rima ad infundibulum. d. foramen rotundum ad ventriculum quartum. e. glandula pinealis. f. proceſſus medullares inſtar chordæ utrinque ſub glandula coeuntes. g. nates. h. teſtes. F. ſubſtantia corticalis cerebelli. G. tractus medullares cerebelli. H. finis medullæ oblongatæ. I. pedunculi medullares ex medulla cerebelli ad oblongatam accedentes.

Fig. VIII. Tab. X. ex Verheyeno.

Sed istis dimissis, vide excarnando dilatandoque partes dicto instrumento, ubi est principium nervorum opticorum circa suam incruciationem, quoniam ibi est foramen per quod expurgantur dictæ superfluitates ad cavitatem, quam lacunam vocant, quæ lacuna est extra cerebri substantiam ad os basilare & descendunt ad palatum. Sed procede elevando substantiam cerebri & dilatando partes dicto specillo ligneo, quoniam in extremo dictorum ventriculorum, versus posteriorem partem, invenies unam aliam cavitatem, parvam & oblongam, & est situata supra dictam lacunam, ut superfluitatem ad ipsam, scilicet, lacunam mittat, quam cavitatem ventriculum medium appellant. &c. „ Iste medius ventriculus videtur esse via quædam, sive transitus ad alias partes cerebri, & etenim parietes istius cavitatis sunt gibosi & fere se contengentes in mortuo & galenum has partes natas vocavit, ut dixi supra, qui medius ventriculus an sit bipartitus necne, ut quidam dixere, difficile est discernere sensu, sed qui bipartitam hanc cavitatem ponunt, habent talem rationem; videlicet, quoniam procedit à ventriculis anterioribus qui duo sunt. Nota tamen quod in isto ventriculo nulla reperitur congeries venarum aut arteriarum. „ rationi consentaneum est ponere & dicere quod iste medius ventriculus est via ducens superfluitates, sicut aliæ cavitates hujus humidissimi membri. Et ne ordo secandi interrumpatur, procede dilatando istum meatum versus posterius capitis, & videbis quemdam transitum ad quandam cavitatem descendentem versus spatium, quod est intermedium cerebri anterioris jam dicti & posterioris, quod cerebellum appellant. Hoc igitur spacium multi crediderunt esse ventriculum posteriorem quod non est rationale, etenim si recte inspexeris, invenies etiam aliam viam procedentem ad cerebellum, posterius quæ quidem via tametsi parva sit, & non reperiatur nisi ab expertissimo Anatomista, tamen in omnibus est, & transit ad ventriculum postremum, tamen de hujusce modi ventriculis diversi modo antiqui locuti sunt, sed locus ille inferius inter utrumque cerebrum est locus per quem expurgatur tam medius quam posterior ventriculus, sub quo invenies venas adherentes conario & procedentes ad substantiam piæ matris &c. „ & sub istis vermibus ventriculus posterior. Habent cavitatem notabilem, & ideo vide ipsam, quoniam multi moderni ipsam non viderunt.

e (*De humani corp. fabr. l. VII. c. V.*) Observantur enim utrinque ad callosi corporis latera, secundum ipsius longitudinem singuli, sinus in cerebri substantia, instar profundioris lineæ insculpti, ac cum superiore corporis callosi superficie eo magis patescentes, quo cerebrum vehementius, quasi id sursum in latera etiam acturus, sejunxeris. Interior autem inferiorve ipsius superficies non nisi dextro sinistroque cerebri ventriculo adaperto secantibus occurrit: quæ etsi per callosi corporis longitudinem quodam-

& illorum *anteriores* SINUS descripsit ; *tertium* VENTRICULUM, DUCTUM à tertio in quartum ventriculum, *quartum* tandem VENTRICULUM ita rimatus est, ut perpauca harum cavitatum descriptioni addiderint Neoterici. Sinus tamen posteriores ventriculorum anteriorum omisit. Meatum, quem numquam vidimus, quemque rarissime vidit, indicavit. Erravit in pelvis descriptione.

A VESALIO ad VAROLIUM & ARANTIUM usque, qui de his cavitatibus scripserunt autores, WILLICHIUS, *Carolus* STEPHANUS, VICARY, GERSDORFF, MONTANA, COLUMBUS, SYLVIUS, FALLOPIUS, LYGÆUS, FUSCHSIUS, VALVERDA, PARÆUS, HALL, &c., non solum compendiario illas partes tractarunt, sed etiam sua, vel à GALENO, vel à VESALIO deprompserunt.

modo sinuetur, neque ut superior gibba sit, haud tamen simplex spectatur. Nam secundum ipsius longitudinem duæ instar quartæ circuli partis excavatæ superficies ducuntur, & in illarum medio tuberculum quoddam instar lineæ exporrectum visitur, perinde ac si altero quidem extremo duas quartas circuli partes in callosi corporis medio junctas, reliquo autem extremo ad latera sursum protensas, intelligeres. (*id. c. 6.*) Ventriculorum cerebri numero is adscribitur, cui cerebello dorsalique medullæ communis est, ac quartus etiam ventriculus dicitur. Tres namque præter illum in cerebro, HEROPHILUM imitati, enumeramus: unum quidem in dextra cerebri parte, alterum in sinistra & tertium in cerebri, seu duorum primorum ventriculorum medio recensentes. Dexter sinistro, prorsus situ, forma, magnitudine, aliisque omnibus quæ in partium constructione examinari solita sunt, correspondet; quare etiam singula quæ de dextro scribentur, de sinistro quoque nos dixisse arbitrari conduxerit. In dextra utraque cerebri parte secundum ipsius longitudinem dexter constitit ventriculus, tantum anteriori sede à fronte, quantum maxime posteriori ab occipitio, remotus: tantumque illis sedibus ab externa cerebri superficie sejunctus, quantum ipsius ventriculi dextrum, exteriusque latus à superficie cerebri distat, suo calvariæ lateri contermina. Internum vero dextri ventriculi latus secundum callosi corporis longitudinem sinistri ventriculi interno lateri proximum est: neque aliud interstitium ambos separat, quam tenuis quædam, & velut, quod ad subtilitatem attinet, membranea cerebri portiuncula, quam septum vocavimus. Verum ubi ventriculi in ea cerebri parte consistunt, quæ prorsus dividitur, ut illa quæ cerebello incumbit, & quæ fronti proxima est, ibi ipsorum latera maxime dirimuntur invicem; nam præter cerebri membranas hanc sectionem subintrantes, etiam plurima cerebri substantia ventriculos sejungit, hacque ratione ventriculorum incessus obliquitas quædam in lateribus sese offert. Cæterum anterior ventriculi pars obtusa est, & rotunda, non vero, etsi omnes mihi secus scribere videantur, in acutum versus olfactus organa aut visorios nervos desinens. Neque etiam hac parte aliquem ductum meatumve à se porrigit, nisi quod interno latere, ut mox dicam diffusius, declivis ad tertium ventriculum pertingat. Posterior autem ventriculi regio occipitium respiciens, obtusa quidem est & rotunda, ac deorsum sensim in cerebri substantiam versum priora paulatim cornu in modum arctata tantisper descendit, donec illuc perveniat, ubi olfactus organorum & visoriorum nervorum consistit principium, & qua maximi soporalium arteriarum rami in cerebrum feruntur. Cæterum hic ductus suo mucrone in sui lateris olfactus organum, visorium nervum neutiquam cessat. Multoque minus quadam continuitate illud olfactus organum perforat, verum in unam cerebri involutionum ibidem ad cerebri basim terminatur, & in se maximam cerebrum petentem arteriam cum tenuis cerebri membranæ processu illam suffulciente, admittit, pituitæque portionem in ipso collectam ad infundibilum & cyathum deferre, quem hac in sede pituitam excipere, transfundereque audies. Hæc quum dico, innumera GALENI dogmata mihi reclamare haud ambigo, quæ olfactus organa cerebri anteriores esse ventriculos varie docent, & eosdem ventriculos tenues sensim factos in visorios nervos suo mucrone finire: & quod longe alienissimum est, anteriores hos cerebri ventriculos versus os cribi aut spongiæ modo in narium summo perforatum, pituitam per cava olfactus organa, tamquam per canalem, deducere attestatur; ejus modique non pauca, quæ potius ex resectione, quam prolixa quapiam disceptatione disci consuluerim. Universa ventriculi superficies lubrica & aqueo humore oblita, & inter dissecandum subinde eadem oppleta conspicitur. Deinde universi ductus ventriculi secundum cerebri longitudinem incedentis superior pars omnis inæqualitatis est expers. Inferiorem vero ejus partem efficiet inæqualem sinus quidam, ex posterioris ventriculi sedis externo latere antrorsum oblique ad communem ventriculorum cavitatem prorepens, & ad leviorem pituitæ defluxum paratus. Dein ad inæqualitatem facit ea ventriculi pars quæ deorsum à posteriore ventriculi sede prorepit. Ille namque ventriculi reflexus una cum sinu illo in causa est, ut monticulus quodammodo in anteriori posteriorique inferioris sedis ventriculi regionibus extuberet, qui à dextro latere declivis ad sinistrum latus, versusque communem ventriculorum cavitatem fertur. Inferiores enim ventriculi dextri & sinistri partes, quæ tota callosi corporis longitudine continuæ visuntur, versus utriusque medium communemque illam cavitatem deorsum inclinant, & non ut superiores ventriculorum partes & latera, orbiculatæ, & ab invicem septo aliquo diremptæ spectantur. Neque profecto aliud est, communis ventriculorum cavitas, quam inferiorum dextri, & sinistri ventriculorum partium sub corpore testudinis imagini comparato descen-

Ex VAROLII descriptione constat quod VENTRICULOS *anteriores* & illorum *sinus*, præ sus, concursusque, qui inferiori parte oblongam vallem duorum vicinorum montium exprimit, acutumve per suam longitudinem angulum efformat. Superiori vero sede ad testudinem imitantis corporis effigiem cavitas illa secundùm concavum orbiculata, teresve visitur. Cujus modi verò corpus illud sit, sequenti capite explicabitur: nunc interim ventriculorum sermone tantum instituto, quorum jam duos dextrum videlicet & sinistrum recensuimus, & propemodum etiam tertium, qui communis amborum est cavitas, binos à se ducens meatus, quorum unus ex humiliori ipsius sede, ubi acutum angulum per totam sui longitudinem vallis cujusdam ritu exprimit, recta deorsum versus cyathum cerebri pituitam excipientem porrigitur. Alter autem meatus, qui posterior est, tertii ventriculi non minima pars censendus venit, & inter cerebri testes & nates, ac super dorsalis medullæ initium declivis, ad quartum ventriculum retrorsum pertinet. Meatus hujus initium non adamussim orbiculare visitur, sed quodammodo triangulare. Servat enim in inferiori sede acutum suæ cavitatis, unde prodit angulum: in superiore verò meatus parte, quæ glandi vasorum tertium cerebri ventriculum petentium divisioni præfectæ, proxima conspicitur, transversa linea anguli illius latera connectit, ipsaque cum illis alios duos angulos constituit. Atque hujusmodi etiam meatus hujus orificium est, quo in quartum ventriculum sub cerebri natibus respicit. Ex inferiori meatus istius angulo, qua primum inter cerebri testes ferri incipit, & meatus alius raro educitur, qui per cerebri substantiam deorsum in priora protensus, ad finem ejus meatus tandem cessat quem hic humiliori tertii ventriculi sede recta deorsum duci, atque in cyathum terminare diximus, in quem ambos istos meatus, cerebri pituitam deferre audies. Cæterum quartus ventriculus ex dorsalis medullæ & cerebelli finibus componitur, non secus quàm si utraque manu unam fingeres cavitatem. Dorsalis itaque medulla ex cerebro prodit, ubi tertius ventriculus meatum versus quartum ventriculum primùm porrigit, testesque cerebri & nates dorsalis medullæ principio continuantur, ac meatum illum tertii ventriculi cum dorsalis medullæ initio æqualiter sic deducunt, ut meatus superior sedes illis, inferior autem dorsali medullæ incisa sit. Postquam vero meatus ille nates superavit, ejus portio quæ dorsali incisa videtur, dilatari incipit, ac sinum efformat usque ad eum fere dorsalis medullæ locum, qua calvariam egressura est, pertinentem. Sinum hunc HEROPHILUS cavitati rectissimè assimilavit calami quo scribimus. Nam si huic sinui eam calami partem, quam atramento intingimus, comparaveris, animadvertes profecto calami orificium, ubi adhuc calamus teres est, & sectioni vicinus, tertii ventriculi meatus fini respondere, sub natibus prominenti: deinde cuspidem quo literas fingimus, similem observabis infimæ sinus parti qua is in dorsalem medullam jam ex calvaria excisuram, veluti porum angustumque meatum producit. Duos autem calami angulos quos inter mucronem & elatissimæ sectionis initium fingimus, ipsiusque calami cavitatis latera, sinus lateribus simillima offendes. Ad hujus dorsalis medullæ orbicularis sinus cavitatisve latera, ubi anguli illi consistunt, unus utrobique dorsalis medullæ orbicularis processus habetur, cui duntaxat cerebellum adnascitur, & ad quem in continuum cum dorsali medulla corpus efficitur. Hujusmodi igitur dorsalis medullæ cavitates, alteram quarti ventriculi partem constituunt. Quæ autem in cerebello spectatur cavitas, inter duas orbiculares cerebelli sedes, quibus dorsali medullæ continuatur, & inter ejus cerebelli partes quam veluti tertiam ipsius portionem recensuimus, & vermis imagini comparavimus extrema, exsculpitur, latior quam longior, non tamen admodum profunda. Hæc alteram quarti ventriculi partem constituit, qui in anteriori & posteriori sede, quantum ad cerebri cerebellique substantiæ continuitatem spectat, dehiscit, quum scilicet neque anterior, neque posterior cerebelli pars dorsali medullæ adnascatur. Quamvis interim ventriculus iste tenui cerebri membrana & anteriori & posteriori parte quodammodo occludatur. Anteriori enim parte tenuis membrana, qua cerebellum cerebro & cerebri natibus connectit, ventriculum obvolvit, posteriorem vero illius sedem obducit. Tenuis membranæ portio cerebellum dorsali medullæ ibidem colligans. Quartus ventriculus nihil in se præter aqueum humorem, qui in aliis ventriculis communis est, inter dissecandum continere animadvertitur, quemadmodum neque meatus ex tertio cerebri ventriculo in quartum pertinens. At dexter & sinister ventriculi, præter hujusmodi humorem, etiam plexum quemdam in se continent, quem dissectionum periti secundis fœtusve involucris comparant. Tertius autem ventriculus venosum illud vas deducit, quod multifariam complicatum plexus illius constituendi gratia à quarto duræ membranæ sinu propogari, in tertio libro docuimus. Deinde anterior quoque horum ventriculorum pars ab illo vase, venulas impense graciles interdum assumit, illis quam simillimas quibus adhærentem oculi tunicam exornari conspicimus. Atque hujusmodi venulæ ventriculorum superficiei adnascuntur facilius, quod durior & quasi callosior cerebri substantia in ventriculorum superficie, quam alibi, occurrat. Cæterum GALENUM, cæterosque omnes qui post illum in Anatome nobis quicquam prodiderunt, miror scribere, trium primorum cerebri ventriculorum superficiem tenui membrana, uti ipsum cerebrum, cingi, obducique, quartum autem non ita; quum nulla prorsus alicujus ventriculi, meatusve superficies tenui membrana obvolvatur. Quis enim, obsecro diligenter humanæ fabricæ partes examinans, neque alicujus scriptis solum addictus, non vel hinc conspiciet GALENUM, pleraque, & præcipue in libris de usu partium, imaginatum fuisse? arbitrabatur namque tam mollem cerebri esse substantiam, ut incisi ipsi ventriculi in se colligi debuissent, si tenui membrana intus non succingerentur. Dein duriorem cerebello tribuens substantiam, sibi persuadebat, ejus ventriculum citra membranæ quæ ipsi fulcri loco esset, beneficium posse continere. Ego sanè arbitror GALENUM,

cæteris diſtinctius indicaverit [f], licet non exactè deſcripſerit. Icones, quæ non mediocrem rei ideam ſubminiſtrant, appoſuit (1. 2. Tab. 6.); illæ tamen non ſufficiunt. Nedum hiſtoriam ventriculi tertii & quarti illuſtraverit, illam è contra ita obſcuravit, ut vix ventriculos illos agnoſceres.

Arantius, quem falſo dicunt primum ſatis completam ventriculorum anteriorum & partium in illis comprehenſarum, deſcriptionem exhibuiſſe, minus notas tantum tum cerebri cum cerebelli cavitatum partes patefacere ſuſcepit [g]; & reipſa ſolùm de ventriculorum anterio-

quum illos libros ſcriberet, apud Herophilum, aut Andream, aut Marinum, aut alium quempiam legiſſe, in tres cerebri ventriculos tenuis membranæ proceſſus parteſve porrigi, non item vero in quartum ventriculum; qua oratione illi ventriculos membrana quapiam veluti peritonæo, aut tunica coſtis ſubducta ſuccingi non indicabant: verum tenuis membranæ partes intelligebant, vaſa in ventriculos deducentes, à quibus ſecundarum, modo efformati plexus fabricantur, cujuſmodi pars in quartum ventriculum nulla exporrigitur. Quin etiam præter id quod ventriculi membranis neutiquam ſuccinguntur, illæ obſtaculo eſſent, quo minus cerebri ſubſtantia interſtitio quodam præpedita, materiam ſuis ventriculis oblatam, in animales ſpiritus emutaret. (*id.* c. 9.) Duos equidem cerebri meatus, quum tertium cerebri ventriculum proſequerer, antea recenſui, ac unum quidem inſigni ſatis amplitudine ex media ipſius ſede recta deorſum in cerebri ſubſtantia ea ſculptum deſcendere dixi, ita ſane, ut præſentis meatus finis è regione ejus calvariæ partis conſiſtat quæ ſinum glandulæ qua cerebri pituita excipitur reponendæ aptum, conſtituit. Alter meatus, quem rariſſime obſervavi, quemque Galenus etiam in nono de adminiſtrandis ſectionibus libro præteriiſſe videtur, jam dicto longè arctior, ſecantibus occurrit, ac ex meatu illo progreditur qui à tertio ventriculo in quartum, per cerebri teſtes nateſque pertingit. Quam primum enim meatus is cerebri teſtes ſubire incipit, ex anteriori inferiorive ipſius ſede, alter is pituitæ expurgandæ ſubſerviens meatus educitur, ſenſim deorſum in anteriora tantiſper in cerebri ſubſtantiam protenſus, dum in ſinum primi meatus terminetur, idemque ex ambabus meatibus orificium conſurgat. Ad hujus orificii latera, tenuis membrana etiam hic cerebri baſim ſuccengens, orbiculatim à ſe educit ſui portionem proceſſuſve, ſubſtantia prorſus cum reliqua tenui membrana ſimilem: niſi quod gracilibus prorſus venis, quamquam interim frequentibus, intertexitur. Præſentis proceſſus initium acuratè refert elatiſſimam regionem infundibuli, quo vinum in anguſtioris orificii lagenas infunditur; eſt enim amplum, & orbiculare: ac dein ab exortu ſenſim in arctum, infundibuli quoque modo cogitur, donec tandem veluti in anguſtam oblongamque fiſtulam ſimiliter atque infundibula finiat; quæ deorſum protenſa, per peculiare ſibi in dura cerebri membrana exciſum foramen deſcendit, ſuo mucrone ad glandem qua cerebri pituita excipitur, deſinens. Adeo ut univerſum hoc membraneum corpus infundibulo & imagine & uſu quàm ſimillimum cenſeri debeat; quamquam etiam ſcyphi, ſeu in qua in balneis lavamur conchæ forma (quam ſuperior hujus corporis pars concinnè exprimit) appelletur. Nihilominus alibi à nominum impoſitoribus, humilior corporis hujus pars infundibuli fiſtulæ non abſimilis, dicta videtur. Reliqua autem pars ſuperior, quæ ſenſim verſus inferiora in arctum deſinit, magnaque ex parte viſoriis nervis quà illi invicem coeunt, ſubtenditur.

f (*De nervis opticis*) Quum itaque figura ventriculorum inſequatur figuram cerebri, jure merito figura cerebri prius venit proponenda. Eſt ergo, ut optime noſti, cerebrum ex utraque parte oblongum. Et ex parte qua cerebri magnæ portiones ſe mutuo reſpiciunt, eſt planum, atque depreſſum. In aliis vero partibus habet ſphæricas prominentias reſpondentes oſſium concavitatibus. Sunt autem tres cerebri prominentiæ; anterior, media & poſterior. Anterior cerebri prominentia replet cavitatem calvariæ formatam ab oſſe frontis, à ſuperiori parte oſſis criboſi, ab anteriori parte oſſis ſincipitis, & à ſuperiori cunealis. Media autem prominentia, quæ ab inferiori ſede exiſtit, replet cavitatem utrinque excavatam ad latera ſellæ, gratia glandis pituitam cerebri depaſcentis in oſſe cuneali exſculptæ; quæ cavitas formatur à poſteriori parte oſſis cunealis, ab anteriori parte oſſis auditus ſive petroſi, nec non ab oſſe temporali. Poſtrema cerebri prominentia replet cavitatem productam à ſuperiori parte occipitii, à poſteriori oſſis ſincipitis, & oſſis petroſi. Omnibus igitur iſtis prominentiis correſpondet ventriculorum cavitas: nam fertur inſignis quidam ſinus recta ab anteriori prominentia cerebri uſque ad poſtremam, qui ſinus tantum diſtat ab extima ſuperficie cerebri in poſteriori parte, quantum in anteriori; hic ſinus ubi pervenit ad regionem anguli exiſtentis in ſuperiori parte oſſis petroſi intra calvariam reflectitur ad prominentiam mediam, & inferiorem cerebri, eademque ratione in ea prominentia inſculptus eſt, qua in anteriori & poſtrema dicebam: eſtque tota unica cavitas; ita ut univerſum cerebrum ſit veluti inſignis quidam cortex ambiens prædictas cavitates. Quod cerebrum in ambitu ventriculorum habet ſubſtantiam craſſiſſimam præter quam in baſi, ibi enim ſubſtantia cerebri ventriculi obducta eſt longe tenuior, quam ſit in reliquis partibus. Quare ventriculorum figura eſt talis. 1. in ſiniſtra parte, & talis. 2. in dextra. (Tab. 6.)

g (*Anatomic. obſervat.* c. 1.) Præter jam perſpectos in cerebri ſubſtantia ſinus, quos ventriculos appellare conſuevimus, duos inſignes alios ſinus, aut cavitates in penitioribus cerebri partibus reconditas, atque alte delitecentes reperio, qui à ſuperiorum ſinuum, aut ventriculorum magnitudine non admodum recedunt; membraneaque cerebri quadam ſolidiore ſubſtantia, velut priores, circumſcri-

rum SINIBUS *anterioribus*, de *contentis* in illis, de illarum partium præparatione egit. Si conferantur quæ de omnibus illis partibus habet, illum primum SINUS *prædictos* cæteris exactius descripsisse manifestum erit. VENTRICULI *quarti* præparationem satis rectè assignavit; in illius tamen forma describenda erravit.

Ab ARANTIO ad nos usque, ex infinito pene Anatomistarum numero [h] qui de his cavitatibus scripserunt, pauci admodum aliquid novi ex naturæ visceribus hauserunt.

Casparus BARTHOLINUS primus ex professo SINUS *posteriores* ventriculorum anteriorum descripsit [i], exactèque illos quandoque deficere, notavit. In cæteris verò, ut sui majores erravit.

WHARTONUS primus INFUNDIBULUM ad naturam descripsit [l], ritèque observavit illud duplici substantia, *extus membraneâ*, *intus medullari*, constare.

VIEUSSENIUS cæteris exactius VULVAM & ANUM circumscripsit, *tertium* VENTRICULUM rimatus est, infundibuli descriptionem perfecit, primusque tandem à tertio in quartum ventriculum ductûs parietem posteriorem, quem VALVULAM majorem cerebri denominat,

buntur. Resident hi sub duobus illis ventriculis anterioribus, atque hinc inde, quasi in sujecto navigii alicujus abdito cubiculo, latent, ad anterioraque versus frontem protendunt, tertioque, vel communi sinui, ut dicemus, quemadmodum & duo superiores continui evadunt, atque in illum velut cerebri centrum concurrunt. (*Id. c.* 4.) Partes huc usque explicatas spectantibus ita objicere consuevi. Ubi ad tertium ventriculum devenero, fornice in posteriorem partem reflexa, quæ bombycinis vermibus, ut dixi, est continua, occipitio ad meipsum converso, ac magna cerebri parte sublata, ab inferiori regione, sursum versus, osseo gladiolo, sectionem in anteriora duco, atque attolens divido, diducensque utraque manu parte facio; etenim hac ratione, continuos communi sinui jam dictos plexus conspiciendos præbeo, in profundam cerebri substantiam demersos, quibus ducibus ad nostros sinus iter præmonstratur, eorumque cavitas longè producta sese offert, sublatisque eorum basi incumbentibus choroïdibus, jucunda illa vasorum per sinuum basim facta distributio oculis subjicitur.

h ABEILLE, A BERGEN, ARANTIUS, ALBERTUS (*Salom.*), ARNISÆUS, BACHETTONI, BANISTER (*Johan.*), BARBETTUS, BARTOLETUS, BARTHOLINI, BASSIUS, BAUHINUS, BEDDEVCLE, BESSE, BIDLOO, BLASIUS, BOCKELIUS, BOEHERRAAVIUS, BOHNIUS, BORDINGIUS, BOURDON, BURRHUS, CABROLIUS, CAPPIVACCIUS, CASE, CASMANNUS, CAT (*le*), CHARRIERE (*de la*), CHESELDEN, CHARLETON, COLLINS, CORNACHINUS, CORTESIUS, COURTIN, COWPERUS, CROOKE, DEIDIER, DIEMERBROECK, DIONIS, DRACKE, DRESSERIUS, DUNCAN, DUVERNOI, FEVRE (*le*), GARENGEOT, GAVASSETIUS, GELÉE, GLASERUS, GRASSECCIUS, GUEVARA, GUILLEMEAU, GUINTERIUS, HALLER, HEISTERUS, HELWIG, HERMANNUS, HIGMORUS, HILAIRE (St.), HOFFMANNI, HORNE (*Van*), HORSTIUS (*Greg.*), JESSENIUS, KEILL, KIRCHEIM, KNOBLOCHIUS, KULMUS, KYNALOCHUS, LAUREMBERGIUS, LAURENS (*du*), LENDENIUS (*Vander*), LIEUTAUD, LEON, LIGÆUS, MARCHETTIS (*Dominicus de*), MARTINEZ (*Don Martin*), MOLINETTUS, MORAND, MORGAGNI, MUNNICK, MURALT (*de*), NICOLS, NICOLAI, NOGUEZ, NORTON, ORTLOB, PALFIN, PASCOLI, PECQUET, PICCHOLOMINUS, PLANERUS, PLATERUS, POLL, RECORDE, REMMELINUS, RIDLEY, RIOLAN, RUYSCHIUS, SALTZMANNUS, SENAC, SIMSON, SPIGELIUS, STENO, STOCKAMERUS, STRAUSSIUS, TAUVRY, TEICHMEIERUS, ULMUS, VESLINGIUS, VERHEYEN, VIDIUS, VIEUSSENS, VOGLI, WARTHONUS, WELCHIUS, WINSENIUS, WINSLOW, WINTRINGHAM, &c.

i (*Inst. anat.* cap. VI. *de capite.*) Duo illi ventriculi, qui male anteriores & superiores dicuntur, qui etiam in postica parte cerebri & inferiore consistunt, forsan melius laterales dicerentur, & cum VESALIO dexter & sinister, amplissimi sunt, obliqui, anfractuosi, semicirculares, &c. » Excurrunt præterea in parte sui posteriore recto ductu, ubi cavitatem subrotundam digitali non absimilem formant: hanc aliquando abesse memini.

l (*Adenog.* c. 25, *de gland. pituit.*) » Excipit etiam vas quoddam, vel canalem è quarto ventriculo cerebri in hanc glandulam pendentem. Vulgo hic canalis nomine infundibuli venit; quod crederent hactenus anatomici vulgaris infundibuli speciem referre; & revera tabulæ quibus depingunt hunc ductum plane infundibuli formam præ se ferunt. Etenim superne unguis latitudinem æquat, inferne prope modum in conum desinit. Interim hic ductus tantillo amplior est parte sui supernâ, quam infernâ. Illa vero latitudo quam tribuunt anatomici supernæ ejus parti spectat ad membranam tenuem, quam pertundit, cuique in illo transitu adnascitur. Alias vero ductus hic, infundibulum dictus, superna sui parte apte quadrat magnitudini foraminis excretorii quarti ventriculi, cui in ambitu per medullarem quandam substantiam corticis cerebri simillimam, undique connectitur. Constat infundibulum duplici substantiâ extus membranea, intus medullari: membranea quidem ejus pars undique, ut dixi, tenui meninge annectitur: medullaris vero, similiter, undique margini foraminis quarti ventriculi continuatur.

Canalis hic tenuem membranam egressus, oblique retrorsum fertur, donec ad anteriorem hujus glandulæ partem perveniat; ubi crassâ membranâ pertusâ eandem subintrat; & diviso tamen canali in foramina exigua, quæ demum partem membranæ glandulæ posteriorem pertundunt.

assignavit [m]. Illam tamen delineasse videtur STENO (B. *fig.* 7. TAB. IX.).

D. MORGAGNIO debemus descriptionem *transversæ* LAMINÆ *cinereæ* quandoque mediam

m (*Nevrograph. univers.* c. XI.) *Vulva* autem nihil aliud est, quam foramen, circa anticam ventriculorum anteriorum cerebri regionem, subtus fornicem reconditum, & juxta radices illius excavatum, cujus interventu prædicti anteriores ventriculi cum tertio communicant. *Anus* vero alterum est foramen subtus posticam fornicis partem latitans, & juxta nates excavatum, quo intermedio anteriores ventriculi cum tertio pariter communicant.

Tertius ventriculus est cavitas rimæ majusculæ æmula, nervorum opticorum thalamis seu medullæ oblongatæ cruribus intermedia, cujus supernam partem cinerea mollisque substantia lacunaris ad instar obtegit; proindeque ipsam lacunaris nomine donamus. Cinerea vero hujusmodi substantia, cui supra descriptus tractus medullaris incumbit, & unitur, ubi nervorum opticorum thalami, qui scilicet ipsius interventu simul uniuntur, ab invicem sejunguntur, præ nimia mollitie facillimè divellitur, ejusque divulsæ partes in utroque tertii ventriculi latere, adeo in semetipsas contrahuntur, ut vix appareant tertii lacunari perspecto & divulso; ita ut lateralibus illius partibus paululum ab invicem diductis, solidi nihil vulvæ & ano interjectum remaneat: hunc intra medullam oblongatam excavatum & inter bina illius crura situm esse patet, simulque infundibuli, mediæ ipsius basi appensi, ejusque cavitati inhiantis orificium conspicitur; imo & binæ fornicis radices deteguntur, quibus medullare corpus crassiorem nervum referens, & ex transverso situm anteponitur, ac unitur: in postica tertii ventriculi parte, apertum sese prodit orificium ductus unius inferius describendi, quo intermedio tertius ipse ventriculus cum quarto, quemadmodum vulvæ, & ani interjectu, cum anterioribus communicare videtur.

(*Id. c.* 8.) Infundibulum est vas piâ meninge obductum, molle, subcinereum, & breve, tertio cerebri ventriculo inhians, nervorum opticorum coalitui immediate postpositum, & glandulæ pituitariæ insitum, quod aquoso cuidam humori è cerebro mananti excipiendo, & ad glandulam pituitariam transmittendo à natura dicatum est.

Quanquam infundibulum vas esse dixerimus, & illud hujusmodi nomine non prorsus indignum esse censeamus: cum ea pars illius quæ in tertium cerebri ventriculum aperitur, manifeste cava appareat; illius tamen structura, à naturali reliquorum corporis vasorum texturâ in hoc discrepat, quod id merè membranosum non sit, nec quemadmodum reliqua vasa sensili meatu, secundum totam extensionem suam donatum appareat; siquidem inferiorem partem illius, qua videlicet in glandulam pituitariam inseritur, insensibilibus tantum poris instructum esse, oculari inspectione patet, & hoc comprobatur experimento, quo spiritus vini croceo, vel quopiam alio colore infectus, in tertium cerebri ventriculum per superiora apertum, siphunculo immittitur: etenim dum prædictum tentatur experimentum: injecti spiritus vini subtilissimæ solum particulæ, non citò, sed tantum sensim infundibulum præterlabuntur & pituitariam super glandulam decidunt: cujus supernam, & laterales tantum partes alluunt, uti manifeste patet, dum hæc supra allato experimento peracto, in frusta secatur; injecti namque liquoris colore, interior ejus substantia nullibi infecta apparet.

Etsi infima infundibuli pars sensili cavitate instructa non sit, uti modo diximus, illud tamen ut pote partim cavum & partim spongiosâ, proindeque laxis poris donatâ substantiâ constans, aquoso cuidam humori excipiendo, ac excernendo maximè aptum nobis videtur. Verum ut excretionis istius modus non nemini innotescat: notandum est primo, eam vasis istius excretorii partem, quæ nimirum glandulæ pituitariæ innititur, in duos ramos dividi; quorum unus superiori ac mediæ prædictæ glandulæ regioni insidens & adhærens, figuram non nihil rotundam primum servando, & deinde in membranam abeundo, posticum versus ossis sphenoïdis processum tendit, ipsique unà cum subjecta glandula connectitur. Alter vero ad anteriora tendendo, ad instar membranæ paululum expanditur, & anteriori glandulæ pituitariæ parti sese subjicit, ut in calvaria ovina facilè conspici potest, in qua exterior infundibuli superficies, mediante piâ meninge, cum dura matre laxè conjungitur, propterea quod in ove amplum & subrotundum foramen, in ea duræ matris parte, quæ sellæ equinæ superiora obducit, secundum naturam relinquitur, quod in homine, vitulo & pluribus aliis animantibus aliter sese habet. Etenim in iis exterior infundibuli facies, hujusmodi foraminis marginem propius attengit, ipsique, piæ meningis interventu cohæret. Notandum est secundo quod in cane prædictum vas excretorium amplius est, sed brevius quam in homine; illius enim cavitas ad glandulam usque pituitariam producta manifeste patet. Præterea illud in cane secus ac in homine, vitulo, ove & pluribusque aliis animalibus, supradictæ glandulæ indivisum insidet, & unitur, tenui, imaque membranâ obducitur, quæ ulterius extensa subjectam glandulam proximè complectitur.

(*Id.* c. XII.) Ubi cerebellum crassa meninge denudatum ad posteriora reclinatur: subcinerea, nonnihil crassa, & mollis detegitur membrana, quæ est piæ meningis productio, substantiâ glandulosâ, cerebri cortici non absimili intertexta. Hujusmodi autem membrana, quam transversus medullaris tractus circa anteriora subit, processui vermiformi anteriori, processibus à cerebello ad testes, & posticæ pontis varolii parti adhæret, & unitur; ex quibus eam quarti ventriculi cavitatis anticæ parti instratam esse, & aquæ emissarium circa posteriora occludere intelligitur; proindeque illam valvulæ vices gerere asserimus. Ex quo fit, ut habitâ officii, & magnitudinis illius ratione, ipsam valvulam cerebri majorem nominemus: ut eam à membranaceis ligamentis distinguamus, quæ intra longitudinalis, & lateralium sinuum cavitates, valvularum minorum vices supplent, & munia præstant.

thalamorum partem connectentem, secundum altitudinem tertii ventriculi [n]. Illam tamen delineasse videtur STENO (A. *fig.* 7. TAB. IX.).

D. WINSLOW varia notatu digna de finibus ventriculorum cerebri anterioribus proposuit [o].

D. SENAC strias quasdam psalterii descripsit [p].

D. GARENGEOT ventriculorum anteriorum SINUS *anteriores* in quibusdam cæteris exactius assignavit [q].

A BERGEN egregiè animadvertit CRURA *minora*, seu SINUS *posteriores* ventriculorum anteriorum, in plano inclinato extendi, licet inclinationis modum non definiverit [r].

DUVERNOI observavit sinus anteriores, ex angusto sensim latiores amplioresque fieri, &c. [s].

Nil novi illis cavitatibus attulerunt D. MORAND Commentaria [t], quin imo circa variarum in illis cavitatibus contentarum partium descriptionem erravit, ut alibi dicemus.

Immerito credit D. LIEUTAUD primum delineasse depressionem quam *anchyroïdeam* ipse de-

n. (*Adv. anat.* VI. *animadv.* II.) „ Ego igitur istud lacunar quod diligentissimus vir describit, pluries conspexi; summis thalamorum, quos conjungebat, lateribus deorsum paululum incurvatum; quinimo aliquando duo vidi, alterum alteri subjectum, quorum superius eum tractum medullarem esse, credidissem, nisi hunc lacunari incumbere, & uniri dixisset, illud vero à subjecto prorsus sejunctum apparuisset. Et quando duplex hoc lacunar memoravi, addam, me sub eo proximo meatu quem vocant transitum ad quartum ventriculum, meatum aliquando alterum conspexisse. Verum qui id lacunar & pluries, & duplex interdum vidisse me, fateor, idem ajo, in quibusdam cerebri vix transversam laminam cineream, lacunari multo breviorem, non summa thalamorum latera, sed mediam, secundum altitudinem tertii ventriculi, horum partem connectentem, quam nemo; quod sciam; memoravit; in nonnullis autem nec volam, nec vestigium aut lacunaris aut descriptas transversæ laminæ ullo pacto à me videri potuisse.

o (*Exposit. anat. Traité de la tête*, §. 66.) Les ventricules latéraux sont d'abord larges & arrondis par leurs extrémités voisines de la cloison transparante. Ils vont de devant en arrière en s'écartant de plus en plus l'un de l'autre & en se rétrécissant. Ensuite ils se recourbent en dessous, reviennent obliquement de derrière en devant par un contour semblable à celui des cornes de belier, & se terminent presque au-dessous de leurs extrémités supérieures, mais moins avant & plus en déhors.

p (*Anat. d'*HEISTER, *avec des eff. de phys.* p. 653) „ A l'extrémité postérieure de ce bord les piliers y aboutissent, s'écartent & laissent entr'eux une espace triangulaire : sur la substance medullaire de cet espace on remarque des fibres transversales qui s'attachent obliquement à la ligne qui partage ce triangle en deux triangles égaux; &c.

q (*Splanch. Démontration du cerveau.* p. 247.) Outre cette étenduë des ventricules supérieures, ils forment encore chacun un contour qui paroit s'enfoncer en dessous pour revenir vers l'extrémité antérieure du lobe moyen du cerveau, de façon néanmoins qu'il ne faut pas penser que le ventricule supérieur, d'un côté, & son contour inférieur ou en dessous, soient diamétralement l'un sur l'autre; car si l'on fait attention à ces deux cavités, l'inférieur approche plus des tempes, & a un trajet moins horizontal que le ventricule supérieur, puisqu'elle passe sous la grande fente de sylvius, & qu'elle a sa même obliquité. Cette cavité inférieure se termine par un petit cul-de-sac, étroit & assez semblable aux cornes postérieures des ventricules supérieures; elle n'est pas si avancée en devant que les ventricules supérieurs. &c.

r (*Disputat. Anatom. select. vol.* 2.) Ne vero quod in aliis reprehendimus, à nobis minus, præstitum esse dicatur; asserimus, si non omnes, plerosque tamen sinistra quadam cerebrum administrandi ratione seductos, crura horum ventriculorum minora in figuris suis penitus neglexisse; quum vero hi ventriculi, crurum intuitu, minime in superficie horisonti paralella, sed in plano inclinato extendantur, ita ut crus majus, seu interius, fere ad unciæ longitudinem minori sit elatius, fieri aliter haud potuit quin recepta inter anatomicos methodo cerebrum lamellatim sectionibus horisonti parallelis dissecandi, crus majus in conspectum prodiret latente semper minori, hincque tot incompletæ ventriculorum horum passim prostant figuræ. Quod ipsum uti erroris hujus caussam unice considero, ita mihi postea ansam præbuit cerebri administrandi rationem aliter paulo instituendi.

s (*Comment. acad. petrop. t.* 4. *p.* 130.) Alter ductus ad ventriculum novum seu bombycinum ducit, ac veluti cavitatem conchæ simulat; is statim à principio curvus & arcui similis, super inferiorem hemisphærii limbum, circa basin medullæ oblongatæ, sinum semisphæricum describit, qui ex angusto sensim latior ampliorque factus, postquam ad latus internum medullæ oblongatæ pervenit, in saccum ovalem reliqua sinus cavitate triplo majorem terminatur.

t (*Mem. de l'Acad. Roy. des Sçienc. an.* 1744.) Il reste à examiner deux enfoncemens particuliers qui se rendent dans la cavité où l'hippocampus est logé. Le premier est à la partie postéri ure, il a un travers de doigt d'étenduë, & fait un petit re-

nominat, quamque in EUSTACHII fig. 13. Tab. 5., VESLINGII fig. 9. Tab. 8., GARENGEOTI fig. 3. Tab. 13., A BERGENI fig. 4. Tab. 13., videre eſt.

courbement de ſon commencement à la fin. Pluſieurs Anatomiſtes, entr'autres VAN-HORNE & les BARTHOLINS, ont appellé cette cavité digitale, comme ſi elle étoit d'une figure à recevoir le bout du doigt; cependant ſa terminaiſon a très rarement cette figure, & dans preſque tous les ſujets elle eſt fort pointuë.

Le ſecond enfoncement de la grande cavité de l'hippocampus eſt circonſcrit par un trait à peu près pareil à celui ſuivant lequel on traceroit une ancre de vaiſſeau, & pour cette raiſon je le nommerai *anchiroïde*. Il occupe un petit eſpace entre l'enfoncement digital & le rebord convexe de l'hippocampus. Je crois que Mr. Lieutaud eſt le premier qui l'ait repréſenté dans ſes eſſais anatomiques.

Fig. VIII. TAB. XII. ex VIEUSSENIO.

A. Cerebri cortex. B. &c. Albi anteriorum cerebri ventriculorum parietes, vaſis ſanguiferis irrigati. C. Poſterior prædictorum ventriculorum pars cultello anatomico per medium ſecta, & aperta. D. Anteriores medullæ oblogatæ proceſſus, vaſis ſanguiferis irrigati & utrinque, ad latera ultra naturalem tenſionis ſtatum producti. a. Limbus exterior albæ molliſque membranæ, que medullæ oblongatæ cruribus inſternitur. E. Crura medullæ oblongatæ, utrinque inverſa, & ſupra modum diſtenta. F. Pars inferior crurum medullæ oblongatæ, que dilaceratur, ubi hæc ad latera invertuntur, & ſupra modum diſtenduntur. G. Fornix, ſeu fimbriata veri fornicis appendix, ex tranſverſo reſciſſa & ad anteriora reclinata. b. Fornicis ſic vulgo dicti radices, ſeu binæ veri fornicis columnæ anteriores, ab invicem diductæ & paululum depreſſæ. c. Commiſſura craſſioris nervi æmula, per medium ſecta, & paulo minor, quam par ſit, repræſentata. d. Fundus tertii ventriculi dilatatus; in quo arteriarum carotidum rami anteriores e. uniti, & nervi optici f. f. poſt coalitum ſejuncti, & reſciſſi apparent. H. Piæ meningis cerebri baſim obducentis portio, in qua hiatus ad infundibulum ducens conſpicitur. g. Albicantes prominentiæ duæ, pone infundibulum conſtitutæ. h. propagines duæ minores arteriæ cervicalis, quæ ſpatium infundibulo, & proceſſui annulari interjectum irrigant, &c. I. Canalis natibus, & teſtibus ſubſtratus, ſeu aquæ emiſſarium per ſuperiora apertum. K. Nates ab invicem diductæ. L. Teſtes ab invicem diducti. i. Tranſverſus tractus medullaris anticam valvulæ majoris cerebri partem occupans. k. Pars antica valvulæ majoris cerebri. M. Magnitudo & figura naturalis cerebelli humani craſsâ meninge denudati, & à vaſis ipſum irrigantibus liberati.

F I N I S.

APPROBATIO.

AMplissimi Galliæ Cancellarii jussu, Manuscriptum accuratè perlegi, cui titulus *Adversaria Anatomica* &c., illudque opus typis dignissimum judico. Parisiis, die 1. mensis Octobris 1750. SENAC.

PRIVILEGE DU ROY.

LOUIS PAR LA GRACE DE DIEU ROI DE FRANCE ET DE NAVARRE: A nos amés & féaux Conseillers, les Gens tenans nos Cours de Parlemens, Maîtres des Requêtes ordinaires de notre Hôtel, Grand Conseil, Prevôt de Paris, Baillifs, Sénéchaux, leurs Lieutenans Civils, & autres nos Justiciers qu'il appartiendra, SALUT. Notre amé le Sr TARIN, Nous a fait exposer qu'il désireroit faire imprimer & donner au Public un Ouvrage qui a pour titre, *Adversaria Anatomica*, &c. S'il Nous plaisoit lui accorder Nos Lettres de Privilége pour ce nécessaires. A ces causes, voulant favorablement traiter l'Exposant, Nous lui avons permis & permettons, par ces Présentes de faire imprimer ledit Ouvrage, en un ou plusieurs Volumes, & autant de fois que bon lui semblera; & de le faire vendre & débiter par tout notre Royaume, pendant le temps de *six années consécutives*, à compter du jour de la date des Présentes. Faisons défenses à tous Imprimeurs, Libraires & antres personnes de quelque qualité & condition qu'elles soient, d'en introduire d'impression étrangere dans aucun lieu de notre obéissance, comme aussi d'imprimer ou faire imprimer, vendre, faire vendre, débiter ni contrefaire ledit Ouvrage, ni d'en faire aucuns Extraits, sous quelque pretexte que ce soit, d'augmentation, correction, changement ou autres sans la permission expresse, & par écrit dudit Exposant, ou de ceux qui auront droit de lui, à peine de confiscation des Exemplaires contrefaits, de trois mil livres d'amende contre chacun des contrevenans, dont un tiers à Nous, un tiers à l'Hôtel Dieu de Paris & l'autre tiers audit Exposant, ou à celui qui aura droit de lui, & de tous dépens, dommages & intérêts. A la charge que ces Présentes seront enregistrées tout au long sur le Registre de la Communauté des Libraires & Imprimeurs de Paris, dans trois mois de la datte d'icelles, que l'impression dudit Ouvrage sera faite dans notre Royaume & non ailleurs, en bon papier & beaux caracteres conformément à la feuille imprimée, attachée pour modéle sous le contre scel des Présentes; que l'Impétrant se conformera en tout aux Réglemens de la Librairie, & notamment à celui du 10 Avril 1725. Qu'avant de l'Exposer en vente, les Manuscrits, qui auront servi de copie à l'impression dudit Ouvrage, seront remis dans le même état où l'Approbation y aura été donnée, ès mains de notre très Cher & Féal Chevalier le sieur Daguesseau, Chancelier de France, Commandeur de Nos Ordres; & qu'il en sera ensuite remis deux Exemplaires dans notre Bibliothéque publique, un dans celle de notre Château du Louvre & un dans celle de notredit très Cher & Féal Chevalier, le sieur Daguesseau, Chancelier de France, le tout à peine de nullité des Présentes. Du contenu desquelles, Vous mandons & enjoignons de faire jouir ledit Exposant & ses ayans cause pleinement & paisiblement, sans souffrir qu'il leur soit fait aucun trouble ou empêchement. Voulons que la copie des Présentes qui sera imprimée tout au long, au commencement ou à la fin dudit Ouvrage, soit tenue pour

duement ſignifiée, & qu'aux copies collationnées par l'un de nos Amés & Féaux Conſeillers-Secretaires, Foi ſoit ajoutée comme à l'original. Commandons au premier notre Huiſſier ou Sergent, ſur ce requis, de faire pour l'exécution d'icelles tous actes requis & néceſſaires ſans demander autre permiſſion, & nonobſtant Clameur de Haro, Charte Normande & Lettres à ce contraires. Car tel eſt notre plaiſir. Donné à Paris le cinquiéme jour du mois de Novembre mil ſept cent cinquante, & de notre Regne le trente-ſixiéme. Par le Roi en ſon Conſeil. SAINSON.

Regiſtré ſur le Regiſtre 12. *de la Chambre Royale & Syndicale des Libraires & Imprimeurs de Paris, N°.* 502. *fol.* 373., *conformément au Réglement de* 1723, *qui fait défenſes, art.* 4. *à toutes perſonnes de quelque qualité & condition qu'elles ſoient, autres que les Libraires & Imprimeurs, de vendre, débiter & faire afficher aucuns Livres pour les vendre en leurs noms, ſoit qu'ils s'en diſent les Auteurs, ou autrement, à la charge de fournir à ladite Chambre Royale & Syndicale des Libraires & Imprimeurs de Paris, huit Exemplaires de chacun, preſcrits par l'art.* 108. *du même Reglement. A Paris le* 6 *Novembre* 1750. *LE GRAS, Syndic.*



